Tractatus Juridicus

THEORETICO-PRACTICUS

DE

VARIIS LUDEN-DI GENERIBUS,

EORUMQUE JURE,

vom

Spiel/und dessen Rechte/


Ex jure morali, pariter & Romano & Saxonico, annexis aliis materiis lectu non injucundis, collectus & conscriptus

à

FRIDERICO ERNESTO LEHMANNO,
Archidicasterii Budissinensis Advocato Jurato Ordinario.



BUDISSÆ,
Typis ANDREÆ RICHTERI,
A. O. R. M. DCLXXX.



AmpliSimo, NobiliSimoq;

ORDINI SENATORIO

Inclytæ Reipublicæ BudiSinens.

VIRIS

NobiliSimis, AmpliSimis, ConsultiSimis, PrudentiSimisq;

D N N N.

CONSULIBUS
SYNDICO
PRÆTORI
CAMERARIIS
SCABINIS
CÆTERISQUE
SENATORIBUS,

DNN. PATRONIS & PROMOTORIBUS ſancte colendis ſub hoc novi anni auſpicio

Salutem & felicitatem perenniſluam apprecatur

FRIDERICUS ERNESTUS LEHMANNUS.

EX Plinii secundi Panegyrico, *VIRI Nobilissimi*, docemur, Antiquitatis Romanæ studium fuisse, vota pro Imperii æternitate, pro civium sanitate, ac præcipue pro Principum sive Magistratuum salute concipere. Dies autem isti, quibus ejusmodi publica habebantur, erant præprimis Calendæ Januariæ, quo ipso tempore Patriæ Patres, Consules nimirum creabantur, iisdem diebus jurabatur in Acta Principis, lætitiâ præterea, sacrificiis, novis vestibus, aliisq; Solennitatibus omnia fervebant. Multas inter variasq; solennitates illas, quibus auspicium ineuntis anni Romana Antiquitas celebrabat, fuerunt etiam donaria votiva Magistratui offerri solita, de quibus in Cod. peculiaris constitutio legitur Arcadii & Honorii A.A. ad Basilium quendam Urbi Præfectum directa, quo tempore fratres Germani Olybrius & Probinus Anicii ex Panegyrico CLAUDIANI & Epistolis quibusdam Symmachi satis celebres consulatum gesserunt. Verba Rescripti ita leguntur: *Quando votis communibus felix annus aperitur, in unâ librâ auri solidi LXXII. obryziaci Principibus offerendi devotionem animo lubenti suscipimus &c*

Quibus verbis apparet, non solum vota, verum etiam dona pretiosa Superioribus missa & donata fuisse. *Solidi* autem *obryziaci*, quod obiter saltem moneo, vel ut rectius legitur *obryzati* dicuntur, qui sunt ex auro *obryzo* h. e. multipliciter excocto, perq; ignem probato, quod *Suetonius* aurum ad Obrussam vocat *in Nerone c. 44.* Quem ad locum *Salmasius* in vasto opere Exercitationum Plinianarum

ad

ad Solini Polyhiſtorem p. 1080. multa egregie commentatur. Atq; ſic faciebant Romani Ethnici. Multò magis & mihi non vitio vertetur, *VOBIS*, *PATRIÆ PATRES HUJUS REIP. NOSTRÆ*, pro ſalute communi orare, & proſpera quæq; â DEO ſub hujus novi anni auſpicio precari, non quidem, ut conſuetudini faciam ſatis, ſed potius ut ex pietate Chriſtiana animum meum erga *VOS* officioſum demonſtrem. Septimus namq; agitur annus, veſtram Remp. ex quo acceſſi floridam. Dubius eram tunc temporis, an DEUS & Boni locum ibidem permanendi conceſſuri eſſent: cum vero DEUS veſtram tutelam demonſtrare mihi videatur, officia mea promta in Tractatu præſente *de variis Ludendi Generibus, eorumq; jure*, præteritâ æſtate in otio meo conſcripto *ſtrenæ loco* humillime offero. Res parva eſt leviſq; momenti: aſt cum nullum *aurum obryzacum* nullaq; alia ſplendida munera habeo, cum voto bono, eoq; quo olim Romani ſuperiores ſuos ſalutâre, beo ore & corde Germano. *Sit Regimen veſtrum ſemper firmum, felix atq; tranquillum, floreant Cives, ſub veſtrâ tutela in pace, & ſumma concordia, in offenſo augmento creſcant, innumeriſq; felicitatibus augeantur.* Et ſicut Cenſura Veſtra, *Viri Nobiliſſimi*, quæ Magiſtratui in benè conſtitutis Rebus publicis per Receſſ. Imp. de anno 1529 §. dazu ſollen demandata ſanctè, huncce libellum meum typis publicis excudi dignum judicavit: ita & nunc â calumniantium & malevolentium turba ſcabioſa defendere non dedignamini. Quod reliqvum eſt, totum me in fidem veſtram, Exiſtimationemq; commendo. JESUS Vos cum Voſtratibus tegat, inclytam Remp. Vobis, & Vos Reip. atq; univerſitati diu conſervet incolumes, ſeroſq; tandem ad ſe reducat. Iterum Valete. Dabam BUDISSÆ è Muſeo meo, ipſis Calendis Januariis, Anno Centeſimo, ſupra ſesqui milleſimum â Chriſto nato octogeſimo.





Ad
Nobilem & Consultissimum Ludi hujus
Autorem,

DN. FRIDERICUM ERNESTUM LEHMANNUM, J. U. Cand. & Curiarum Electoral. Saxon. in Marchionatu Superioris Lusatiæ Advocatum Juratum Ordinarium, Amicũ suum honorandum.



LEHMANNE Juris eja! *Ludos ludito*
Quos orbis ille doctus approbat, colit,
Et quos perenne gloriæ manet decus.
Procul hinc abite turpe quos lucrum juvat
Ludiq; ludicri procul facessite!
LEHMANNIANI me lepos *Ludi* tenet;
Quem doctus Orbis ille comprobat, colit,
Et quem perenne Gloriæ manet decus.

Amoris & benevolentiæ ergò
deproperabat Budissæ

JOHANN Leddin / J. U. Ddus,
Consiliarius Electoralis Saxonicus, & in Marchionatu Superioris Lusatiæ Cancellarius.

Lu-

LUdus ut est animi; sic ludi Jura peritæ
Jure tuæ speculum nobile mentis erunt.
En! etenim graviter pertractas ludicra, sed quæ
Seria fors, tractas suaviter. Atq; studes
Sic ludens ludisq; studens. Nam ludere & inter
Seria, sub ludis seria amare licet.
Macte! aperi ludos perdoctos amplius orbi
Juridico scriptis, Clare Lehmanne, tuis.

DAVID Platz/
Senat. Budiss. & Advocat. Ordin.

Ad doctissimum de Ludis *Auctorem.*

DE *Ludis ludis* perdocto, docte LEHMANNE,
Qui miscet *ludis* seria multa, libro,
Multis hi *ludi* doctis, mihi crede, placebunt,
Gaudebuntq; illis fallere sæpe diem.
Tales qui *ludit ludos* cum tempore sortem
Nunquam deperdet, semper abibit ovans.

Alludens
scripsit
M. JOHANNES Rosenberg/
Schol. Budiss. Evang. Rector

Ad
Nobilem consultiss. & Clarissimum Ludi *hujus juridici Authorem.*

GEmmea Carpophori *Ludentis* * scripta stupemus
Ingenii *lusus* cui peperêre decus.
Fallor? an hôc *ludo ludentis* schema mereris?
Per *ludum* hunc *Ludens* næ! redivivus eris.

Lu-

Ludis, at haud *ludis*, nec *ludens ludicra* tractas,
De *ludisq;* tuus seria *ludus* habet.
Lude! lucrum *ludo* est: *ludi* patet *alea, lude!*
Felix, scis *ludum* hunc *ludere*, *lusor* eris.
Ludens ludenti de ludis lusit Amico.


* B. Harsdörfferi, des 368sten Mit-Glieds in der Fruchtbringenden Gesellschafft der Spielende genannt/ vid. George Neumarcks des sprossenden neusprossenden Palm-Baum p. 274.

An den Herrn Verfasser dieses Juristischen Spiels.

MAn rühmt den Spielenden/ * dem seine kluge Schrifften
Und des Verstandes Spiel' ein ewigs Denckmahl stifftẽ/
Er folgt dem Spielenden/ das Spielen ist sein Ziel/
Ein neuer Spielender wird Er durch dieses Spiel.
Er spielt und spielet nicht/ kein Spiel so zubelachen
Zeigt uns sein Spiel; Sein Spiel treibt spielend ernste Sachen.
Er spiel'! Jhm glückt das Spiel: Er spiel'! Jhm trifft es Spiel ein:
Spielt wohl/ und wird im Spiel des Spieles Meister seyn.
Als spielend von dem Spiel sein Freund ein Spiel geschrieben/
Hat schertzend so gespielt/ und spielend Schertz getrieben

* Herrn Hartzdörffern seel. vid. supra.

Friedrich Hartranfft/
Der Churfl. Sächß. hohen Justitien-Aembter Budißin und Görlitz Advocatus Ord. und des Churfl. Hoff- und Lehn-Gerichtes Protonotarius.



In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI, ad omnes actus, omniaq; consilia feliciter progredimur l. 2. C. de offic. Præfect. Prætorio Afric.

PRÆFATIO.

Conspectus.

1. *Malitiæ hominum quotidiè crescunt.*
2. *Inter quas est ludendi cupiditas.*
3. *Quotidiana sæpius sunt attingenda.*
4. *Prolixâ commendatione utilia non indigent.*
5. *Omnes ludi non sunt illiciti.*
6. *Cicero lacinæ Civitatis Lumen.*
7. *Ludo & joco uti licet, sicut somno & quiete.*
8. *Instrumenta Musica fidibus modò attractis modò remissis suaviora sunt.*
9. *Vita nostra comparatur Musicæ.*
10. *Apud Antiquos ludi gloriæ causâ instituebantur, ut & delectationis & recreationis causa.*
11. *Vitam humanam negotia continua consumunt.*
12. *Animus gravitate rerum quotidiè agendarum elanguescit.*
13. *Lusuum remedio reviviscit iterum.*
14. *Ludicris non diu inhærendum.*
15. *Crudele nimium perpetuis curis cruciari, Homicidiiq; genus est.*
16. *Otium adhibendum non tanquam cibus, sed ut oxybaphum.*
17. *Ludendum est, ut vivamus.*
18. *Quia à natura ad seriarum & gravium rerum studia nati sumus.*
19. *Gymnastica & Musica introducta ad vitæ sustentationem.*
20. *Saliendi Exercitium hominem ferocem; Musica vero placidum reddit.*
21. *B. Lutheri judicium de Musicâ & arte ludendi.*
22. *Hercules cum pueris jocatur.*
23. *Agesilaus Rex cum filiolo suo equitat in arundine* reitet auff einen Stecken-Pferd.

Textus.

1. CUm difficillimo hoc rerum ſtatu * creſcant indies
malitiæ hominum, quas inter non minima quoq; eſſe
2. ludendi * cupiditas videtur, de quo vitio quotidiè lamentantur
Patres æque ac Domini, quorum liberi ſerviq; his
3. iniquiſſimè corrumpuntur. Ea verò, quæ * quotidiana
& uſu frequentia ſæpius ſunt attingenda & plenius, quà
fieri poteſt, tractanda, aſſerente Jureconſulto PAULO
in l. legavi 25. ff. de liber. leg. ULP. in l. 1. ff. de ſuſpect. tutor. Ea
propter non abs re eſſe duxi hanc adverſus alatores
materiam Juris, quam ante bina, & quod excurrit, luſtra
diſputationis loco præſide Jureconſultiſſimo DN. JOH.
VOLKMANNO BECHMANNO Jenæ habui, additamentis quibusdam
practicis, aliisq; obſervandis illuſtrare, quæ pro-
4. lixa commendatione, cum utilitas ipſa * ſe oſtendat, non
indiget, *argt. l. 1. ff. de reſtit. in integr.* Neq; verò omnem
5. * planè ludum, & quæſitam inde delectationem ſive recreationem
hâc operâ noſtrâ proſcribemus, ſed cum Latinæ
6. * Civitatis lumine CICERONE 1. *offic.* dicimus: Ludo
7. & joco uti quidem licet, ſed ſicut * ſomno & quietibus
cæteris, tunc qvum gravibus ſeriisq; rebus ſatisfecerimus.
8. Et quemadmodum inſtrumenta * Muſica fidibus modò
9. attractis modò concuſſis, ſuaviora ſunt; ita * vita noſtra.
Idq; ab antiquo ad noſtra hæc usq; tempora nemo ſapientiſſimorum
damnavit unquam, licet abuſum ejus tanquam
ſuctum ex optimis floribus venenum non abs re culpaverint
omnes. Et ſi retro ſpexerimus etiam ad publicos &
10. ſolennes illos ludos, quos * antiquitus Principes exhibebant,
intelligemus, eos non tam gloriæ iſtorum cauſa inſtitutos
fuiſſe quam ut ſpectaculis illis recreati homines,
ad conſuetas operas majori cum alacritate reverterentur.
Imò & Experientia hic ipſa loquitur, dum nihil in hoc re-

rum

rum theatro sit, vitam quod magis consumat, atq; attenu-
11. et, quam * continua negotia. Quemlibet hic interrogo,
num ne quivis Reip. salutiq; hominum concatenato la-
bore inservire studens, vitales spiritus candelæ instar per-
dat, ut non ita multò post vita cum morte ipsi sit commu-
12. tatura. Et ut animus * gravitate rerum quotidie agen-
darum quodammodo elonguescit, & altâ quasi torpetu-
13. dine sopitus jacet; ita hoc ipso lusuum * remedio, quasi
cinis sulphuri appositus, reviviscit iterum, & vires sibi
subinde acquirit novas: Quod si verò diutius etiam mens
14. resuscitata * ludicris hisce inhæreret, non minus pecca-
ret ac illi, qui maximis medicamentis ob valetudinem
corpus suum interficiunt, non verò reficiunt. Sane
15. quoq; crudele * nimium & supplicii æterni imago, ex-
cruciari perpetuis curis atq; sollicitudinibus, potissimum
autem ob vanissimas res temporales instar Promethei
genere perpetuam Aquilam jecur & cor rodentem: aut
instar Ixionis rotâ perpetuo sursum deorsumq; versari
atq; laborare. Pessimum autem & genus homicidii sibi
manus injicere, quod is facit, qui se semper animi & cor-
poris motu affligit, nullumq; delectamentum curat;
Nam magnitudo operis opprimit vires, nullum si adest
interstitium, nullaq; quies, imò inanimatæ creaturæ in se
subsistere non possunt, quæ tamen in se nullam suscipiunt
curam, dum debent aliquo modo percipere remissio-
nem, sicut in agello videre est, qui suo Domino, post-
quam quieverit, magnam spem ad pinguiorem largitur
16. messem. Otium igitur ejusmodi * adhibendum non tan-
quam cibus, quò nutriamur, sed ut oxybaphum, quo ap-
petitus excitetur, aut ut electuarium quo stomachus
occludatur, tantumq; otii conceditur, quantum ad

hoc ſatis ſit, ut ad labores tolerandas animoſiores redda-
17. mur & fortiores. Nam ludendum eſt* ut vivamus, non
18. autem vivendum ut ludamus, dum nec * â naturâ pro-
creati ſimus, ut luſus exerceamus atq; voluptates, ſed
potius ad ſeriarum & gravium rerum ſtudia nati videa-
mur. Temperamentum ideò ſemper adhibendum eſt,
aliàs qui ſe â voluptatibus & recreationibus ſibi non tem-
perat, ille nihil agendo, nullo non tempore otioſum ſpe-
ctatorem agit, intemperatus evadit. Inde eſt quod anti-
19. quitus Gymnaſtica* & Muſica â prudentibus introducta
fuerit, tanquam præcipuæ duæ columnæ, vitæ hujus ſu-
ſtentationi neceſſariæ. Sicuti enim ſaliendi & luctandi
20. Exercitium hominem ferocem; itâ Muſica * placidum
& manſuetum reddit; Utraq; autem conjuncta animum ad
mores benè componit & attemperat. Cum quo & B.
21. LUTHERUS *cap. 37. Colloq. Menſ.* egregiè ſentit * hiſce
formalibus: Dieſe zwo Übungen gefallen mir am allerbeſten/
nemlich die Muſica und Ritter-Spiel mit Fechten / Ringen/
unter welchen das erſte die Sorge des Hertzens und melanckoliſche
Gedancken vertreibet / das andere macht feine geſchickte Glied-
maſſen am Leibe/ und erhält Ihn bey Geſundheit mit ſpringen ꝛc.
Et modò diximus, quod Antiquiſſimi tum Græcorum,
tum Romanorum non juventuti tantum ſuæ, varia ludo-
rum, honeſta tamen conceſſerunt genera; verum &
ipſi delectati illis ſunt; non ignorantes poſt gravia ope-
ra neceſſariam quoq; eſſe ceſſationem, ut alacriores ad
ea denuo perficienda redderentur, non autem, ut, illis
omiſſis, voluptatibus operam darent, non ut arguerentur
potius depoſuiſſe, quàm onus relevaſſe. Exemplum
22. dedit hâc in cauſâ invictus HERCULES * qui in labo-
rum ſuorum ſublevamentum pueris interdum ſe immi-
ſcebat,

fcebat, & ut puer cum ipfis jocabatur. Et Rex AGESILAUS, * qui poft tædiofas curas exantlatas, non erubefcebat cum filiolo fuo longâ equitare in arundine. Itaq; ludum vario jure pro fuâ determinatione cenferi breviter oftenturi fumus. Sub Aufpicio verò noftri Tractatûs DEUM Ter Optimum Maximum veneramur, fuâ gratiâ nobis adeffe, conatusq; noftros Juridicos ad feliciffimum fcopum dirigere velit. Tu DEUS ergò efto Principium, Medium atq; Terminus. *Nov.* 109. *pr.*

23.

Q. D. B. V.

QUÆSTIO PRÆJUDICIALIS,

Num ludere fit licitum, tùm de Jure Naturæ, tùm pofitivo?

Confpectus

1. *Lufus jure naturæ dicitur, quia recreationes funt licitæ.*
2. *Hominem a moleftiis fermè oppreffum refrigerat atq; exhilerat.*
3. *Homines in rebus turbidis animis relaxantur.*
4. *Bona fua alteri per modum donationis concedere licet.*
5. *Ut & fub certâ, honeftâ tamen, conditione, deponere.*
6. *Quilibet rerum fuarum moderator & arbiter.*
7. *Dubius fortunæ eventus licitum reddit, quod aliàs reprobatur.*
8. *Æqua Ludentium conditio in quonam confiftit.*
9. *Victoriam expectare non eft contra jus Naturæ.*
10. *Ex ludo animi Heroes concitantur.*
11. *An m[illegible] motum vult[illegible] decepit.*
12. *Proc[illegible] o[illegible]borum atq; S[illegible] ecorum ludere debent.*
13. *Exemplum horrendum de Mufcovita Imperatore ludente.*
14. *Lucrum in ludo juftè opponitur.*

 15. Lu-

15. *Ludis planè interdicere duriusculum.*
16. *Ludendum tribus in causis.*
17. *Cautiones in ludo adhibendæ.*
18. *Ludi requisita.*
19. *Ludens sit ultra 18. ætatis annum.*
20. *Quid vocabulum* auff ermahl *significat.*
21. *Abusus non tollat rei verum usum.*
22. *Cum alterius detrimento nemo locupletior fieri debet.*
23. *Ludus est contra charitatem.*
24. *Victus labore non lusionibus quærendus.*
25. *Guilhelmus Peraldus Theologus & Episcopus tum ludentes tum autem illos, qui lusui intersunt, & spectant, taxat.*

§. 1.

I. LUsum jure Naturæ ex se licitum asserere possu-
1. mus, quia â Naturâ * hominibus, ut habeant licitas recreationes non interdicitur, quippe qui interdum
2. omnem hominem * â molestiis fermè oppressum refrigerat atq; exhilerat, quo eò melius imposterum suis ad-
3. esse possit vicibus; homines * siquidem, quamvis in rebus turbidis, tamen si modò homines sint, interdum animis relaxantur referente CICERONE Magno Oratore *2. Phil. & pro Cal. quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non convivia delectarent.*

§. 2.

4. II. Non incongruum quoq; est, sua bona * alteri per modum donationis concedere, quare etiam non licebit
5. ea sub certâ * conditione, honestâ tamen & licita depo-
6. nere, scil. eâ, qui victor abibit, habeat, cum * quilibet rerum suarum moderator ac arbiter sit *l.* 21 *C. mandati.* Et justum est, sua cuiq; committere *l.* 9. *C. de lud. & Calic.* E con-

contrario valdè iniquum, ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum administrationem *l. 2. si à parente quis manum.* Nec quicquam æquitati naturali tàm conveniens, quam voluntatem Domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi *l. 9. §. 3. ff. de A. R. P.*
7. præsertim cum * dubius sit fortunæ eventus, idq; licitum reddat, quod aliàs approbatur *in civitate 6. ibi; nisi dubium cum naviganti fin. de usur.* Nam dum ludentes administrationem rerum suarum liberam habent, liberè quoq; propter naturalem facultatem de iis sic disponere, ac quasi conditionalem contractum inire poterunt, ut cui fortunæ taxilli ceciderint feliciter, is suam & collusoris pecuniam recipiat, cui infeliciter appositæ, jacturam faciat. COVARRUV. *tom. 1. part. 2.* relect. c. peccatum de R. I. *in 6. §. 4. n. 1. & seqq.* MOLINA *tom. 2. de J. & J. disp. 510. tract. 2. n. 3.* PAUL. LAYMAN *libr. 3. Theol. mor. tract. 4. n. 1* Huic verò contractui conditionē à futuro eventu dependentem rectè addi, scil. ut illicitus non fiat, tradit COVARRUV. *d. l. per l. si quis ita stipulatus fuerit* 129. *de V. O. & l.* si pater. 12. C. *de inofficioso testam.* si scilicet etiam æqua eorundem conditio sit. *vid. Rauchbar. Quæst. Jur. civ. & Sax. 25 p. 2. n. 71. & seqq.* Paritas autem conditio-
8. nis in eo consistit, ut uterq; * ludentium sciat ludum, imò & sit paratus pecuniam vel amittere vel acquirere.

§. 3.

9. III. Non contra jus Naturæ esse existimo, victoriam *
10. aliquam expectare. ex ludo enim sæpè animi Heroes * concitantur, semperq; ut superiores existant, optant, quod non improbandum esse puto, cum tali exercitio
11. interdum cognoscantur naturæ hominum, dum * animi motum vultus detegat *l. 19. ff. de offic. Præsid.* & quod de

Go-

Gothis Suecisq; recenset OLAUS MAGNUS *lib.* 15. *c.*
12. & 13. illi filias suas honesto conjugio collocaturi Pro-
corum animos miris ingeniis & passionibus examinare
12. solebant præsertim * ludendo, imprimisq; in Scachorum
ludo. Eo enim in ludo ira, amor, petulantia, avaritia, ve-
cordia, ignavia, aliæq; plures dementiæ, passiones & a-
nimi motus, fortunæq, vires & proprietates demonstra-
ri solent; Scilicet an Procus sit agrestis animi, qui subitò
triumphando indiscreto exultet, aut injurias illatas cau-
tius pati vel modestius averti norit. Quibus visis auspi-
ciis providi parentes charorum liberorum matrimonia
discretius amplectenda vel refutanda moderabantur.
Animum suum & inter ludendum horribiliter detexit
JOANN BASILIDES Russorum & Muscowitarum ma-
gnus Princeps, quando in illius historia horrendâ quam
Germanicè vertit HEINRICUS RäTELIUS inter alia
13. ita * legimus: Im Schacht und auff der Karten spielet Er sehr
gerne, und als Er einst mit seinen Land-Herren und Hofedienern
subtiel und scharffsinnig gespielet / ließ Er die / so gewonnen und
verlehren zugleich hinrichten / oder ließ Ihnen die Gliedmaß stim-
meln / Ohren / Nasen und die Lippen abschneiden / und Sie schänd-
lich und übel zurichten: So aber etliche solchen Lehn zu vermei-
den Ihme gerne gewinnen liessen / so ließ Er dieselben als faule /
tölpische Leute prügeln / und mit Knitteln schlagen: die jenigen a-
ber / so mit Ihme nicht spielen wolten / ließ Er im Schein / als
stelleten Sie Ihme nach / oder als hätten Sie sich an seiner Maj.
vergriffen / auch umbbringen / vide plura de illius Tyranni-
câ vitâ in ipsa historiâ. Ceterum OVID. *libr.* 3. de arte
Amandi de collusoribus ita cecinit:

Sed nimius labor est sapienter jactibus uti;
Majus opus mores composuisse suos.

Tune

Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimur ab ipſo;
Nudaq; per luſus pectora noſtra patent.

14. Ut autem victoria * illa magis magisq; appetatur, non iniqvum eſſe lucrum aliquod, quod ex ludo propter delectationem inſtituto proveniat, apponere, ita tamen, ut ſine dolo animoq. alteri nocendi fiat, latius deducunt *MOLINA de I. & I. Tom. 2. tr. 2. diſp.* 510. *CARD. DE LUGO de I. & I. diſp.* 31. *ſect.* 1. *ſeq. & Dn. HAHN ad Weſenb. hic.*

§. 4.

Quo autẽ luculentiꝰ appareat, quomodo & quib conditionibus ludendum, dicendum nobis erit, ſiquidem de ludis exercendis judicarunt ſemper Prudentes, illos neq; omni tempore admitti, neq; omnino, ut etiam latius ſupra diſſeruimus, prohibere oportere: & in ſpeciebus ludorum diligentem cautionem adhibendam eſſe: Toto e-
15. nim * genere ludis interdicere duriuſculum, & â naturali lege humanitatis alienum: & per cauſam permiſſi ludi feneſtram vitiis validioribus aperire proclive eſt.
16. Hinc *CARDANUS libr. 2. de ſapient: ludere, inquit, ſapienti* * *tribus in cauſis licet, aut in magni periculi timore, vel maxima triſtitia, aut ſocietatis minimè perditæ causâ, vel cum ad munia tanto promtiores exſurgimus, ut non jacturam temporis, ſed lucrum feciſſe videamur, ſi ad magnitudinem aut multitudinem negotiorum mentem adhibuerimus.*

§. 5.

17. Cautiones, itaq; * ludendi Juri Naturæ maximè con-
18. ſentaneas has eſſe puto (1.) ut habeat quis * liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, diſponendiq; facultatem, maxime vero, de illa re, de quâ luditur, quia nemo plus Juris ad alium transferre poteſt, quam ipſe habet *l.* 54. *de R. J.* (2.) alter alterum per injuriam non pertrahat. Per

 inju-

injuriam autem hic intelligimus, quando aliquis cogitur ad ludendum, quod contra naturam ludi est,& sic non jure fit, uti sumitur *pr. Instit. de Injur.* (3.) ne utantur fraudibus, quod est contra leges ludentium (4.) ut æqualis sit utriusq; ludentis conditio, uti habet *LUGO disp.* 31. *sect.* 3. *per tot. JOH. de DICASTILLO libr.* 3. *tr.* 18. *disp.* 5. *d.* 3. *n.* 19. *& Dn. HAHN b. l.* (5.) absq; impendio studiorum, reiq; domesticæ (6.) in justâ ac in lege publica sancita summa, per verba expressa daß keiner vom Adel auff einmahl *ORDI. ELECT. SAXON.* 1612. sub rubr: vom Spiel ubi verbum *
19. auff einmahl non denotat singulum ludum ein jegliches Spiel einen Thaler / sed saltim singulam commissionem, congressum vel vices, sondern es soll keiner von Adel auff ein niedersitzen uti Germani loqvuntur über 1. Thaler verspielen *l.* 1. *& fin. C. de aleat.* (7.) moderate ac secundum Jus Saxon. in mense semel *infra* §. 7. *&* §. 4. *c.* 2. (8.) in loco non sacro *infra* §. 7. *& c.* 5. §. 5. (9.) ut ludens jure Sax. sit ultra 18. annos.

§. 6.

IV. Jus positivum sive civile quod attinet inficias ire non possumus, non tantum *ex jure ff.* sed & *C.* ob sat graves *in l.* 1 *C. de aleat.* allegatas rationes ludos prohibitos esse, inq; lusorum receptatores, uti infra agemus latius, statutum severe esse, cum tamen hæc ad ludos honestos, & qui virtutis ergò fiunt, non pertineant, nihilominus nostra as-
20. sertio firmo stabit talo, siquidem si ipsam rem propter * abusum ex hoc mundi theatro vellemus tollere, planeq; ejicere, sanè ferè nihil in rerum natura esset, quod non in aliquem posset trahi abusum, ut ignis & vini maxima datur abutendi copia, dum interdum tota ædificia ope incendiariorum comburuntur, ex vino verò multa perpetrantur homicidia, quis autem quæso vellet propter hos pessi-

peſſimos exaccidente factos abuſus ignem vel vinum ex aliquâ Rep. tollere. Ludi igitur quoq; non magis propter immoderatum uſum exterminandi ſunt, qvam aut ignis aut vinum.

§. 7.

Ad noſtram amplius ſtabiliendam ſententiam accedit & *JUS SAXONICUM, ut & RECEPTA IN SACRO ROMANO IMPERIO PERPETUI VIGORIS OBSERVANTIA*, multorumq; aliorum Ducatuum, Provinciarum, Rerumq; publicarum ſtatutis confirmata, ut qui virtutes & honeſtatis cauſa fiunt ludi, non improbati ſint: Et hoc ſatis comprobat diſertis verbis *ORD. SAX. ELECTOR.* de an. 1612 tit. vom Spiel: daß keiner von Adel auff einmahl über 1. Rthaler ein vornehmer Mann/ſo Bürgerlichen Standes iſt/ über 12. Groſchen/und ein Handwercksmann über 4. Groſchen/ein Bauer aber über 1. Groſchen verſpiele/quod denuò repetitur *IN NOV. ORDIN. POLITICA* Tit. 8. §. 2. Et ſic ludos aliquo modo & reſpective admitti poſſe, apparebit luculentiſſime. Contrarium autem ſtatuentes, opponunt (1.) ludos pugnare
21. cum regula Juris Naturæ; quæ cum alterius * detrimento, jacturâ vel damno aliquem fieri locupletiorem vetat *l. nam hoc natura* 15 *l. hæc conditio 66. ff. de condict. indebiti* (2)
22. adverſari ſeptimo ac ultimo Decalogi Præcepto: nam *, ludus eſt contra charitatem, atq; cupiditatem, quia quærit, quæ ſua ſunt cum damno alterius, & non ita, quæ ſunt alterius, ſicut quæ ſua ſunt, uti loquitur *B. LUTHERUS* in enarratione ſeptimi Præcepti (3.) jure divino labore *
23. non vero luſionibus victum nobis parare jubemur *Gen. 3. v. 17. CARPZ. prax. crim. quæſt. 34. n. 3. ſeq.* Et *GUILHEL-*
24 *MUS PERALDUS* Theologus & Epiſcopus *Lugdunenſis, qui anno 1255. obiit *in ſumma virtutum & vitiorum tom. 2 tr. 2. p. 2. ſect.* 15 non tantum omnes ludentes abſq; ulla ex-

ceptione peccati arguit, ſed & omnes, qui ludentibus ſe immiſcent, qui locant taxillos vel alia ad ludum neceſſaria, & quorum in domibus luditur Verum enim vero hæ & alia loca, quæ in contrarium proferri poſſunt & opponi, loqvuntur de aleatoribus ſtricte ſic dictis, qui aſſiduè & frequenter omni horâ & die ludunt, tempusq; terunt, quos & in hoc noſtro Tractatu damnamus. Sed nos hác in re amplius operam non dabimus, ſed potius ad rem ipſam nos accingemus. Ne autem in Tractatione noſtrâ perturbemur, Methodi dexteritate præcavebimus, & diſpertiemur rem in novem capita In I. agetur de Etymologia, Homonymia & Synonymia. In II. de definitione & diviſione. In III. de cauſa Efficiente. In IV. de Materia. In V. de forma. In VI. de fine & Effectu. In VII de Affinibus. In VIII. de contrariis. Et demum in IX. de Actionibus ex ludo oriundis.

Jacta jam eſt alea, fors itaq; fuat.

CAPUT I.

De Etymologia, Homonymia & Synonymia.

1. *PRincipium bonum eſt plus, quam dimidium totius.*
2. *Ludus deſcendit á primitivo ludere.*
3. *Alii deducunt à Lydis inventoribus.*
4. *Alea derivantur à verbo, quod nunquam repertiur.*
5. *Alea quaſi ſemper alia id eſt dubia.*
6. *Alii à Græco ἄλη.*
7. *Chriſtianus Becmannus Philologorum acutiſſimus.*
8. *Aleà nihil incertius.*
9. *Subtilitates leges reſpuunt.*
10. *Schachorum ludus derivatur ab Hebræo Schach. vallavit & Math mortuus eſt. Melius tamen à voce Perſica Schach, quod gregem ſignificat*

11, Zabel.

Zabel significat Tabulam.
Germani ex T. formarunt Z.
Schachorum ludus etiam Dardana pugna vocatur.
Ludus opponitur serio.
Varie sumitur.
Nobis est actus ex conventione ortus ad delectationem vel lucrum.
Ludus & Lusus differunt.
Alea omnes ludos complectitur generaliter.
Alea pro fortuna hinc & pro periculi cujusvis dubitatione sumitur.
Specifice pro tesseris tantum.
Alea strictè loquendo ludi synonymum non est, sed sumitur pro ludo illicito.
Alea quid sit.
Italus quidam in testamento ex suis ossibus tesseras fieri jubet.

§. 1.

PRincipium divino illo Philosopho *PLATONE libr. 6. de leg.* bonum * dicit plus, quam dimidium totius; & qui bene cœpit, non dimidium tantùm, sed totum etiam quodam modo complexus esse videtur, quapropter etiam hic è re erit unde principium i. e. nomen descendat, inquirere, siquidem juri operam daturus prius sciat, unde nomen juris deducatur *l. 1. ff. de I. & I. l. 1 pr. de R. C.* Ludum a. descendere â * primitivo verbo ludere, facile patet. Quidam tamen Ludos * â Lydis & inventos & dictos putant. De aleæ originatione major est difficultas *LAUR. VALLA* 1. *Eleg. c* 8 dicit, voculam aleam * descendere â verbo, quod nusquam reperitur, quia aleare non dicimus, sed aleâ ludere. Alii vero aleam dictam putant, quasi * semper aliam, id est dubiam & fallacem alii * nomen desumunt ab ἄλη Græco, quod errorem significat, cui derivatio-

vationi etiam noſtrum calculum cum *CHRISTIANO BEC-*
7. *MANNO* * Philologorum acutiſſimo addimus, nihil *
8. enim aleâ incertius juxta *TULLIUM libr. 2. de divinat.* ſunt
quidam alii, qui aliam amant derivationem, ſed nos hu-
9. jusmodi ſubtilitates non moramur, cum tenues * ver-
borum differentias leges noſtræ rejiciant *l.* 15. *C. de Teſtam.*
& nuda vocum diſputatio ſolis pertinacibus relinquatur,
qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplecti
deſiderant *l.* 7. *C. de conſt. pecun.*

§. 2.

Huic Etymologiæ obiter & adjiciemus cum *PETRO GRE-*
GORIO Syntag. l. Univers. libr. 39. c. 4. & ſchachorum, qui
10. Nomen * ab Hebræis deducit, quod etiam nomen
ſchach oſtendit, & Math, quibus ludus perficitur; Schach
dicunt, cum ita cingatur ſive valletur Ludi Rex, ut ſede e-
gredi cogatur, *Schach.* autem Hebræis vallavit, ſepivit, &
Math vel *Mot*, mortuus eſt. Unde finitur ludus per
Schach & Math, cum Rex omnino obſeſſus ſit, & immo-
bilis reddatur. Simplicius eſt credere voce Perſica
Schach regem ſignificante derivationem factam. Unde
apud nos das König-Spiel/ Schach Zabel. Vox Zabel autem
11. * Tabulam ſignificare notum eſſe arbitror ex *SELENI l. 1.*
c. 7. ita loquentis: Germani ex T. formarunt Z. uti vide-
12. re eſt in urbe Zabern in Elſatia, Zürich & Zug / quæ alias â
Romanis Taberna, Thüringa & Thügia vocatæ ſunt.
13. *HIERONYMUS VIDA in libello quem de hoc ludo ſcripſit*, deriva-
re conatur â ſchacheide fœmina Italica nimis forſan ſuper-
be in gentis ſuæ Italicæ laudem. *SELENUS* (ſub cujus no-
mine comprehenditur *ILLUSTRISSIMUS QUIDAM DUX*
LUNÆBURGENSIUM in Tract. de hoc Ludo libr. 1 c. 2. in fin.) de
ducit â vocabulo Germ Schacken i. e. vertreiben. Magis
tamen

amen nobis arridet prior illa derivatio, quam habuit *ETR. GREGOR. in suo Syntag.* loc. alleg. Hunc ludum chachorum etiam Dardanam pugnam vocant.

§. 3.

Explicata jam Etymologia, pervenimus ad Homonymi- m, quæ in ludo latissime patet; Cum in genere ludus pponitur serio, ut in illo Virgilius:

Posthabuit tamen illorum mea seria ludo.

Jt ita ludus comprehendat omne factum non ita serium, quo tamen ad seria præparari vel post seria relaxari possu- nus. Quâ occasione multas Metaphoras * in usu la- inæ linguæ patitur. Vid. Lexicograph. ut & subtilitatis llam Aquilam divinum *SCALIGER. libr.* 1. *Poës. c.* 22. *PETR. VICTORIUM* 6. *variar. c.* 19. Sic turpiter ludere cum uxore lomini Feudalibus plane interdictũ, 1. *Feud.* 5. de qua Phrasi *x Chron. Cæs. Sax.* historiolam inseram. Keyser Rudolph von Habspurg nahm in seinen hohen Alter ein ander Ge- mahl Agnes, die gar jung und schön war/ eine Tochter des Hertzogs von Burgund/ mit welcher Er aber hohen Al- ters halber keine Kinder zeugete. Als die einsmahls vom Bischoff zu Speyer von Wagen gehoben ward/ und den Bischoff durch Ihre Schönheit bewegt Ihr wider Ihren Willen einen Kuß auff den Backen gab/ verdroß es die züchtige Keyserin also/ daß Sie es Ihren Herrn klagte/ Keyser Rudolpff da ers hörte/ war zornig/ und ließ den Bischoff sagen: Er solte Ihm vor seine Augen nicht wie- der kommen/ und Ihm ein ander pacem zu küssen schaffen/ denn dieses pacem hette Er für sich alleine erwehlet. Also muste der Bischoff umb des unverschämbten Kußes Wil- len/ aus dem Lande reiten/ und sich an frembden Orte biß zu des Keysers Tode verbergen. (2.) pro spectaculis ac

solen-

solennitatibus publicis: Erant enim varii ludi apud Romanos, uti Circenses, ut Quadrigæ & Pugillatus, quorum crebra in *LL.* mentio *l.* 12. §. *Equitii* 4 *ff. de usu & habitatione l.* 1. *ff. de mun. & honor. l.* 122 *de leg.* 1. Amphitheatrales sive Arenæ ut Gladiatorii, it. pugna cum feris, Scenæ, ut Comœdiæ, Tragœdiæ, Satyræ & Thymelici, de quibus vid. *ALEXANDR.* Geneal. dier. *libr.* 3 *c.* 21. & *libr.* 5. *c.* 8. adde *PANCIROLL.* (3.) accipitur pro Schola discentium, unde Ludi Magistrum dicimus *l.* 1. §. 6 *ff. de extraord. cognit.* ratio in proclivi est. (4.) Ludus in jure pro genere mediocris pœnæ capitur, quomodo duplex erat vel venatorius vel gladiatorius, quorum alterutrum dati servi pæna efficiebantur. *PAULUS l.* 5. *Sentent. c.* 17. *t.* 2. *ad. Theodos. de pæn. l.* 8. §. 5. & 10. *ff. de pæn. l.* 1. *C. Theodos. ad L. Falcid. DD ad lium. de gladiat.* (5.) Ludus & apud Criminalistas interdum sumitur pro proba Germ. die Wasser-Probe/ quæ rectissime in Christianorum republ. non tolleratur. *Const. Caroli V. art.* 228. *ibi*: dergleichen Gewohnheiten wolten wir daß eine jedere Obrigkeit abschaffen &c. *SPEIDEL in Notabilib. lit. H.* irrationabilis Bergensium in Norwegiâ consuetudo, ubi dicitur das Wasser-Spiel / de quo inter alios agit *MELCHIOR ADAMI in vita Husani p.* 288. und wird keiner am Cantor zu Bergen geduldet / er habe denn das Spielen gleich andern verrichtet. Vid. Dn. *TABOR Tr. de*
16. *Confrontat. cap.* 4. *p.* 5. (6.) Nobis est h. l. * Ludus actus ex conventione ortus ad delectationem vel lucrum ex eventu victoriæ vincenti comparatus.

§. 4.

Inter Synonyma ejusdem originis aliquando lusus lusio, quanquam *VALLA libr.* 4 *c.* 16. proprie ludum dicat, qui tum periculum, tum spem sibi propositam habet: Lusum autem

17. *autem nihil habere præter delectationem inter diversæ originis synonyma frequentius est apud
18. DD. alea, quæ * ludos tam simplices, quam mixtos complectitur, ut sunt tesserarum, talorum, cuborum, scruporum, de quibus vid. *B. BENFITLEBIUS in suo tr. de veterum aleâ c. 12. n. 2. p. m. 124.* astragalorum, *idem c. 4. n. 2. p. 34.* chartarum vel foliorum, & aliæ species, quæ enumerantur â *RAUCHBAR. p. 2. quæst. 25. n. 23.* Hinc
19. quoq; fit, ut alea * pro fortunâ & periculi cujusvis dubitatione sumatur, uti apparet ex illo *SENECÆ*, qui, *subibo*, inquit, *hujus voti aleam*, vel ut *LIVIUS: in dubiam Imperii servitiiq; aleam imus*, id est in dubium servitutis periculum. Interdum au-
20 tem sumitur specifice* quatenus de tesseris tantum sermo est, uti probat hoc *SIPONTINUS ad Præf. Plinii*: Alea dicitur sunt verba illius, *omnis ludus magna ex parte in fortunæ varietate consistens, sed propriè de tesseris intelligendum. RADERUS* parili modo *ad l. 14. Epigr. 12. Mart.* hanc defendit sententiam ita loquendo, *alea propria est hujus ludi, quamvis de omni generatim ludo alea dicatur, speciatim tamen tesseræ convenit.* Hûc quoq; trahi poterit illud *JUVEN. Satyr. 14. v. 5.*

Si damnosa senem juvet alea, ludit & hæres.
Bullatus, parvoq; eadem movet arma fritillo.

21. Nos tamen strictè loquendo * aleam pro synonymo ludi justo non recognoscimus, dum plerũq; pro ludo illicito sumatur, quatenus nim. est ludus vorax, bonisq; moribus inimica, uti ita disserit *DANHAUD in praxi crim. c. 126. n. 1.* Ex
22. ea enim, inquit * videmus multos divites, & re

D lauta

lauta benè natos pervenire ad summam rerum omnium penuriam & egestatem: â rebus lætissimis in extremum luctum: â gloriâ ad ignominiosa dedecora: â pietate in reprobum sensum, â fidelitate & justitia ad furtum & rapinas. *LANSIUS* in orat. suis p. 415. recenset, Italum quendam aleatorem * in testamento suo jussisse, ex ossibus suis post ipsius mortem tesseras fieri, ut etiam ipsius ossa, si non ipse, deciperent homines.

23.

CAPUT II.

DE DEFINITIONE & DIVISIONE.

1. *Ludi definitio.*
2. *Definitur melius per actum quam * contractū.*
3. *Ludi ob finem sunt duplices.*
4. *Studiosi in Metropoli Beryto degentes vexant Novitios.*
5. *Pennalismus sic dictus, quare in usu esse desiit.*
6. *Depositionis actus nullum usum habet.*
7. *B. Lutheri & Melanchthonis judicium.*
8. *Ludi divisio.*
9. *Μονὸβολος quid?*
10. *Alciatus putat esse pilæ jactationem.*
11. *Commendatur à sanitate.*
12. *Locum habuit in jure Romano.*
13. *Datur casus.*
14. *Commendatur ab antiquitate.*
15. *Archidamus Tarentinus ludit pilâ cum servis.*
16. *Socrates cum pueris.*
17. *Alexander Macedo.*

18. *Scævola ICtus & plures alii pilâ se recreant.*
19. *Convenit præcise hic ludus juvenibus.*
20. *Species pilæ recensentur.*
21. Κυβιμονόβολος *quid.*
22. Turnieren *qualis.*
23. Die Ståbler *quinam.*
24. Perſevanten *quales.*
25. Nachfolger der Wappen.
26. *Nobiles recenter creati ad hastiludia admittendi.*
27. *Quare.*
28. *Ludi venatorii.*
29. *Luxatio vulpecularum.*
30. *Hastiludia cum Torneamentis non sunt confundenda.*
31. *Quare.*
32. *Torneamenta sunt species Monomachiæ.*
33. *Funambuli quales.*
34. Taſchen-Spieler *qui?*
35. Gauckeler *unde.*
36. Båren-Tåntzer.
37. *Spes præmiorum pignorari nequitante victoriam.*
38. *Militia quid.*
39. *Pugillatorium Exercitium.*
40. *Athleta immunis in pugillatione quendam occidens.*
41. *Quare.*
42. *Confirmatur per Responsum.*
43. *Quintana unde.*
44. Das König ſchlagen.
45. *Basilicus ludus qualis.*
46. *Conviviorum mos apud Veteres.*
47. *Venus in ludo quid.*
48. Περιχύτης *quid.*

49. Der Schwerd-Tantz.
50. *Athletarum species variæ.*
51. *Artem ludicram non faciunt.*
52. *Coronantur in sacris certaminibus, atq; civilium munerum vacationem impetrant.*
53. ἱππικὴ.
54. *Saltatoria ars.*
55. *Quid de choreis dicendum.*
56. *Comœdiæ & Tragædiæ sunt licitæ.*
57. *Actus de Sancto Christo est illicitus & quis illius inventor.*
58. *Schachorum ludus concessus.*
59. *In quonam consistat.*
60. *Rustici in pago Halberstadiensi laudantur.*
61. Das Boseln und die Bilcken-Taffel *sunt ludi liciti.*
62. *Chartarum distributio est mere fortuita.*
63. *Varia sunt chartarum genera.*
64. *Tributum chartarum.*
65. *Petitum Nicolai Neratii.*
66. *Quattuor chartarum partes.*
67. *Chartæ lusoriæ sæpè fiunt marsupii & lusoris sepulchrum.*
68. *Quatuor colorum in chartis interpretatio.*
69. *Historia de Lusoribus horrenda recensetur.*
70. *Aleæ aut tesserarum, calculorum & chartarum ludi sunt illiciti.*
71. *Num chartularii in rep. sint tollendi.*
72. *Chartarum seu taxillorum genus laudatur, ubi qui ludendo utilia perdiscit.*
73. *Exemplum.*

74. *Anagrammatismus.*
75. *Aliud ludendi genus consistens in Hieroglyphicis.*
76. *Tesseræ pertinent ad secundam classem*
77. *Tesseræ quid*
78. *Tessera sumitur variè.*
79. *Fritillelus quid*
80. *Simile Tesserarum cum Aleatore.*
81. *Quid ex taxillis proveniat.*
82. Lortschen *num ludus illicitus.*

§. 1.

ENucleatâ jam onomatologiâ, ponimus nunc pragmatologiam seu definitionem realem, quæ, res quid sit, de quâ disputamus, exprimit. Describimus autem cum Domino
1. *HAHNIO* ludum ita: *Ludus est actus jucundus* * *quo ex conventione duo plures re seu solius delectationis sive recreationis causa sive simul ob lucrum vel licitum vel illicitum, ejus rei, quæ victoriæ causa deposita vel promissa fuerit ei, qui vicerit, capiendum.*

§. 2.

Generis loco ponimus actum jucundum, ita e-
2. nim cum *D. HAHNIO* maluimus, quam per * contractum definire, quia nec ludus merâ conventione absolvitur. Est enim certamen sive pugna *arg. l 2 ff. de aleator. junge ARISTOL Rhetor. 11 verb* qui pertinent ad pugnas, & sic præire solet actio sive expressa sive tacita ludentium. Neq; enim semper in ludo deponitur, quod victori cedat. est autem ille actus jucundus sive ob solam delectationem sive ob lucrum simul & delectationem fiat, & sic hic excluduntur ludi pœnæ, de quibus *supra c. 1. §. 3. n 4* dictum est.

 Diffe-

§. 3.

Differentia partim á modo exercendi, quod fit ludendo in victoriam, partim â ſubjecto quod duo plures enim annotat, quia eſt certamen, nemoq; ſolus certare poteſt. Partim ob objecto & fine, diverſitas autem finis facit duplices ludos
3. * alios licitos, eoq; permiſſos, alios illicitos, eoq; damnatos ac prohibitos, de quibus notabilia verba *in Conſtit. Imp. de ratione & meth. jus docendi §. 9. l. fin. C. de Epiſcopal. audi.* vid Dn. *STRAUCH c. 5.*
4. *in ſuâ differt: illuſtri de Beryto c 5.* ubi ſtudioſi * inibi degentes Novitios ità exercuerunt, ut vix ob honeſtatem concedi potuerit; Sicuti ante aliquot annos in noſtris Academiis ejusmodi mos erat introductus, *Pennaliſmus* dictus, ubi Novitii ſtudioſi multas injurias á Veteranis pati tenebantur, qui mos á Sereniſſimis noſtris Principi-
5. bus & Electore Sax. in perpetuam * eorum laudem (1.) ob nimium & immoderatum, qui paſſim increbuerat abuſum (2.) *per text. §. 9. Conſt. omnem de ratione & method. Jus doc.* (3.) quia in ejusmodi ludis ſtudioſi amore ſcientiæ exules, ſæpe à viliſſimis hominibus non verbales tantùm, ſed & reales injurias ſine cauſa perferebant, quod graviter ferendum *auth. hab. C. ne fil. pro patre* (4) quia experientiâ teſte ludi iſti plerumq; tragicũ ſortiti ſunt eventum, plane abolitus eſt. Num vero hodie adhuc *Ludus Depoſitionis* juſtè ce-
6. lebretur, aliquemq; uſum habeat, vix * affirmare poſſumus. Cæterum *GREGORIUS NAZIANZENUS in laudatione BASILII M.* prolixè narrat, qualis con-

consuetudo per id tempus fuerit studiosos initiandi & consecrandi apud Athenienses: „*Attica*, „inquit, *hæc illis consuetudo est, ludusq; rei seriæ admi-* „*xtus. Primum juvenis Musis initiandus apud eorum* „*aliquem hospitio excipitur, deinde à quovis volente ca-* „*ptiosis vexatur interrogationibus, excipitur sannis:* „*cavillis lacessitur. quod quidem ni fallor eò faciunt ut* „*Novitiorum fastum & superbiam retundent, atq; à* „*principio ipsos in potestatem redigant. Lacessitatur* „*vero ab aliis impudentius & audacius, ab aliis eruditi-* „*us, prout ille vel rusticis vel ineptis moribus vel urbani-* „*tate fuerit præditus. Tum per forum ad balneum de-* „*ducitur cum pompâ, eò cum accesserint, fanatico qua-* „*si furore correpti deductores ingentem clamorem tol-* „*lunt, simulq; fores pulsant, & juvenem strepitu perter-* „*rent, ac deinde introeundi potestatem ipsi faciunt; De-* „*mum frigidâ aquâ perfusum, ac nigredine quâdam de-* „*formatum in libertatem eum asserunt, atq; è balneo re-* „*deuntem ut sodalem accipiunt.* Hoc ipsum scribit *GREGOR. NAZIANZ.* & sibi & sancto *BASILIO* evenisse. Et ab hâc vetustissimâ Atheniensis Gymnasii consuetudine initium cepit *ritus depositionis* in quibusdam Academiis Christianis hodiernus usitatus, qui tamen propter abusus in quibusdam Academiis planè est abrogatus, & in Galliâ ac Italiâ omnino cessit. Vid. *JACOB. MIDTENTORP. de Academ. libr. 1. c. 16.* & *CHRISTOPH. BESOLD. libr. de stud Magistr. c. 1. DRESSERUS* allegat hujus ritus rationes: Und ist erstlich die Deposition nichts anders als eine Einweisung der neuen Gäste / dadurch Sie in das Collegium auff- und

und angenommen / und der allgemeinen Freyheit der andern Studenten theilhafftig gemachet werden. (2.) Siehet man hierdurch / was ein jeder studieret und gelernet habe. (3) Wird hierdurch gewehret dem Laßdünckel und innerlicher Hoffart / welche manchen hindert / daß Er nichts redliches lernen kan. (4.) Wird den jungen Studenten ein Beyspiel gegeben / daß Sie sich die gantze Zeit Ihres Lebens der Gedult befleißigen sollen / wie solches Arrianus gar fein erinnert in diesen Worten / wann Er saget: χολαςικὸν δεῖ σε γενέσθαι τοῦτο τὸ ζῶον ὃ πάντες καταγελῶσ, das heisset: du must ein Student werden / welches ein solch Thier ist / das von Jedermann ausgelachet wird. Ob nun wohl solches nicht recht / jedoch sehen wir vielmals / daß mans ohne Scheu thut. Zum (5.) werden auch die jungen Studenten erinnert / daß Sie Ihren Ampt gnug thun / und nicht allein den blossen Nahmen nach / sondern auch mit der That und im Wercken fleißige Studenten seyn sollen Zum Beschluß pfleget man auch zum Kenn-Zeichen der Philosophi oder Weißheit bey solchē Actu Saltz u. Wein zugebrauchen / Sie damit auffzumuntern / daß Sie zu Erhaltung ihres Standes wacker und unverdrossen seyn. Hûc usq; Dresserus. *Num vero Depositor in actu depositionis sales ex sacris petere valeat,* Consule Dn. *RICHTERUM in suo semicent. Miscell. quæst. 43. Et plura de hoc actu* apud *MATTH. STEPH. libr. 3. p. 2. c. 5. n. 1. & seqq.* in orat. M. Joh. Dinckelii in Academia Erfordiana

Pro-

Professoris Judicium *B. LUTHERI* de Depositione in Academiis usitata fuit sequens: Est hæc præsens larva & depositio, mi puer, nihil quam initium tantum earum depositionum, quæ restabunt tibi per omnem vitam. Hic unus miser homo imponit tibi ad dimidiam horam cornua ridet te. sed, crede mihi, longè majora venient: Proximus erit Depositor, Præceptor seu *Magister* qui te deponet quotidie, & quod in moribus & religione agreste erit, resecabit, non profectò uno ictu aut castigatione, sed crebris & multis, donec te dolatum paululum tradat pastori seu concionatori. Is etiam quantum poterit conabitur, ut ex impio te reddat & retineat pium. Hos sequetur ipse Magistratus & Rector, qui si nequam esse cœperis, durius etiam te tractabunt. His primis itaq; depositionibus superatis, & cum aliquantulum exercitatus, ad majora venies, hoc est, vel duces uxorem quæ te perpetuis suis deponet modis, donec te mansuetiorem reddat. Ne dicam hic interim, quantum depositionem senties, si pertractus fueris ad summa officia, vel ad administrationem Reipublicæ, vel Ecclesiæ, DEUS bone quantum difficultatum & miseriarum (quæ omnia putabis depositionis partem esse) hic tibi exorbendam est? Hic tibi rustici, Nobiles, Cives, imò Servi & Ministri tui, plus satis magnum numerum Cornuum imponent. Quare mi adolescens putato ea quæ nunc vides & sentis, esse tantum præludia illorum, quæ tibi restabunt superanda per omnem

usq; vitam. His itaq; jam ab ineunte ætate assuesce, ut æquiore animo ad majora adhibitus, curas & remoras ferre queas: Multum enim â teneris assuescere, conflictari cum talibus monstris, ut Herculem puerum scribunt in cunis anguessolitum esse suffocare. Alterum est etiam ut te admoneam, ut cogites, in quem statum te nunc DEUS vocarit, nempe Studiosorum. Itaq; cogita, quod cum â bonis exire vis, occurrent tibi, scholasticorum sive studentium multi: sed horum alii sunt nequam, immorigeri, negligentes, lusores, lurcones, heluones impii etiam, quos nolo secteris. Alios contra invenies bonos, honestos, pios, morigeros & studiosos, hos secteris. Quod si feceris, eris & tu bonus & pius, & scias consuetudinem cum pravis & nequam hominibus reddere pravos. Nam consuetudo in utramq; partem multum potest, ut inquit Ovidius: *Multaq; corporibus transitione nocent.* Et B. *PHILIPPUS MELANCHTHON:* Vetus mos fuit, & ad hûc est in Academiis, ut novorum hominum sive discipulorum, Beanorumq; qui se in Academiam aliquam conferunt ingenia quibusdam ridiculis Ceremoniis ac vexationibus explorarentur, atq; mitiora redderentur. Simul autem monet hæc vexatio & illusio: multas injurias & difficultates in omni genere vitæ & vocationum accidere: easq; æquo animo ferendas, ne fortè in majus malum incurras tua impatientia:

Ferre minora volo: ne graviora feram.

Ad-

Adhibetur autem ſal hac fine: Nam cum Chriſtus dicit ad Apoſtolos: Vos eſtis ſal terræ, non ſine ſignificatione aliqua factum eſt: ſalis enim natura eſt quâdam dulcedine & ſapore condire cibum: Item prohibere putrefactionem. Tales autem nos, ſive in Eccleſia verſemur, ſive in Reip. ſocietate eſſe debemus, ut alios delectemus ſuavitate vitæ, & ſcandala videmus Vinum capiti ſuperinfunditur propter electionem ad hoc vitæ genus, ſive ad hanc provinciam gubernandam. Mos enim fuit antiquis, ut Reges & Sacerdotes ungerentur ad electionem hujus muneris. Hæc omnia conſiderare debet pius ſtudioſus, & ita regere vitam, ut & Eccleſiæ & Reip. profit, & honorificet DEUM. A ſtudioſis hic ritus devocatus eſt ad Mechanicos & Opifices, uti videmus, quando eorum tyrones ex doctrinâ mittuntur, wenn Sie die Lehr-Jungen zu Gesellen sprechen lassen / quod tamen adeo non tollerandum, præprimis quando ſacrum baptiſma prophanant, dum baptizant, teſtesq; baptiſmales ſollicitant, quod è diæmetro verbo divino contrarium, imò blaſphemum eſt.

§. 4.

A definitione nunc ſine ulteriori ambage rectè
7. acceſſum facinus ad diviſionem. Commode * autem in tres ordines poſſumus locare ludos. Ad I. ſpectant illi, qui verſantur circa ingenii corporisq; exercitium, & requirimus ad illos 1.) virtutem, (2.) fiant ſine dolo (3.) fiant horis congruis, aut ſine ullâ aliâ circumſtantia

vid. §. 5. supra in quæst. præjud. Ad II. referuntur, qui tantum â fragili fortunæ eventu dependent, & illi regulariter habentur pro illicitis, quia in illis plus valet ſors, quam ingenium ſive ars, & non ſapienter actum eſt, lubricæ ſe committere fortunæ. Ad III. enumerantur, qui ſunt mixti id eſt qui partim habent ſuum eſſe â fortunâ, partim vero ab arte.

§. 5.

Poſtquam diviſionem ludorum perſpeximus, videamus etiam quinam ſunt ludi liciti, & quinam illiciti, ſive quinam ſunt referendi ad primam, ſecundam vel tertiam claſſem. Referimus autem ad I. claſſem omnes ludos licitos, qui ſc. conſiſtunt in peritiâ & induſtriâ, id eſt virtute vel robore corporis, & quorum finis plus ad virtutem ingenii corporisq; exercitandam ordinari, & autoritate publicâ inſtituti ſunt, qui interdum ſacra certamina nuncupantur *L. athletas ff. de his qui notantur infamia.*

§. 6.

Referuntur vero *AB IMPER. noſtro SACRATISSIMO in l. 1. C. h. t.* ad ludos licitos quinq; ſpeci-
8. es. Prima *itaq; μονόβολος vocatur, qui ſingularem ſignificat ſaltum, aliâs etiam dicitur κυρυκὸ βαλλος, quem alii forſan dixerunt κυρικυμαχίαν ut *HIPPOCR. libr. 2. de diæta.* *PANCIROLLA* vocat pugillatum ſeu certamen cæſtuum. *GOTHOFRED. ad*
9. *l. 2. ff. de aleat. ALCIATUS* putat * per hanc ſpeciem pilæ jactationem intelligi, cum quo etiam
10. conſentit *PETR. GREGOR.* Et ſane hic * pilæ ludus

dus est utilissimus, & â sanitate valdè commendatur, in cujus licentiam quoq; ferè omnes consentiunt, ut *GALENUS* de ludo parvæ pilæ. *HIERONYM. MERCURIALIS* Med. Batav. *in libr. ar-*
11. *tis Gymnastica.* Et quod hic ludus approbatus * â Romanis fuerit, testatur *l.11. ff. ad L. Aquil.* In quâ lege quæritur; si cum pilâ quidam luderent, vehementius quis pila percussa in tonsoris manus eam dejecerit, & sic servo, quem tonsor radebat, gula sit præcisa adjecto cultello, utrum lusor
12. conveniri possit? Et ICtus * immunem eum pronunciat, si eo loco luserit, qui huic exercitio destinatus est. Et qui pilâ ludunt, non utuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ, sed indicat ipse motus, didicerint ne palæstram an nesciant CIC. de Orat. vid. NIZOL. sub verb. ludo. Plura hâc pertinentia vid in disp. D. D. *PAUL FRANCISCI ROMANI* Pand. Prof. Publ. Fautoris. & Amici, dum fata DEUSq; sinebant, optimi *τῶν ἐν ἁγίοις de aleâ c.4. § 5.*

§. 7.

Verum non solum â sanitate, sed etiam ab anti-
13. quitate laudatur, quod scilicet * maximum habuerit apud antiquos usum, uti fidem facit *AR-*
14. *CHIT. TARENTINUS*, qui pilâ * cum servis suis
15. ludere non erubuit; & *SOCRATES* * cum pueris, narrante *VAL. MAX. libr 8 c. 8.* se exercuit. *SIDONIUS APOLLINARIS* de se amorem pilæ fateri non dedignatus fuit *libr. 2. Ep. 2.* Inter Græcos
16. *ALEXANDER MACEDO* qui * plerumq; cum ARISTONICO CARISTIO pila lusit. PLUTAR-

TARCHUS in illius vitâ. SCÆVOLA ICtus
17. * Romanorum nobilissimus Strepitu forensi defatigatus pilæ lusu in sphæristerio sese recreavit. Inter Romanos & porrò AUGUSTUS CÆSAR M. ANTON. Philosophus & DOMITIANUS AUG. pilæ regium exhibuerunt honorem, teste SUETONIO *c.* 83. Et in specie de C. Cæsare BRUS. *libr.* 3. *c.* 38. ita refert: *C. Cæsar. pila ludens cum Cæcilio acceptis ab eo quinquaginta sestertiis, cum collusoribus aliis centum dedisset, quidem*, inquit, *num ego vanâ tantùm manu lusi.* Hoc quoq; laudatissimum genus in utroq; jure receptum esse scimus & Canonico *c. clerici de vitâ & bon. Clericor.* & Civili *l.* 11. *l.* 52. §. *fin. ff. ad l. aquil.* de quâ lege *in* §. *præced.* mentionem fecimus. Regulariter Anti-
18. quitas veneranda hoc exercitii genus * juvenibus concessit, quibus & natura hâc in parte magis quam senibus favet, utpote quibus non sunt firma latera aut exhaustæ vires, huic minus apti sunt. Hinc & SIDONIUS APOLLINARIS l. 1. Ep. 8. *juvenes*, inquit, *aleæ, & senes pilæ studeant*, agit autem illo in loco de rebus præposteris. Hinc MANILIUS *libr.* 5. *Astron.*

Tantus erat per membra vigor referentia ventos
Ille pilam celeri fugientem prendere planta
Et pedibus pensare manus.

Et Propertius *libr.* 3. *eleg.* 13.

Cum pila veloces fallit per brachia jactus.

19. Species * Pilæ â MARTIALI *libr.* 4. *Epigr.* 47. enumerantur quatuor: prima est pila paganica, secunda arcta, tertia trigonalis, & deniq; follis.

Ite

Ite procul juvenes mitis mi convenit ætas
Folle decet pueros ludere, folle senes.

De trigonali:

Si me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sum tua: si nescis rustice, redde pilam.

De paganica & arcta *libr.* 14. *Epigr.* 45 *ita*;

Hæc quæ difficili turget paganica pluma
Folle minus laxa est & minus arcta pila.

Germanis quoq; non ignotum esse hanc ludi speciem, clarescit ex illis, quod sc. pilam septuplicem faciant, quam hic ex SPRENGERO adjicere allubuit: Racket-Ball/ Hand-Ball/ Stecken-Ball/ Kreiß-Ball/ Gruben-Ball/ Lufft-Ball mit einer höltzernen Pritschen/ Ballen so mit Bracial geschlagen wird. Inter quas omnes prima species præfertur, in cujus usum ædificia (Ball-Häuser) construuntur, ex quibus non exiguum ærario lucrum. Ludebant & olim pueri non solum pilâ, verum etiam nucibus, hinc & MARTIAL. libr 14. Epigr. 18 ita:

Alea parva Nuces, & non damnosa videtur:
Sæpè tamen pueris abstulit illa nates.

plura congessit in Antiquitatibus Romanis ROSINUS libr. 5. Et hæc de hâc specie.

§. 8.

Sequitur secunda licitorum ludorum species, &
20 dicitur â Justiniano κοντὶ μονόβολος* quod iterum variè Varii interpretantur, â quibusdam dicitur κω μοδιάυλον id est cursus incisus, quando reciproco cursu certatur, διελκυστίνδα POLLUCI forsan *libr* 9. *de lud. convival.* Vel legendum διαλοδρόμον, uti

uti quidam volunt, id eſt currendi certamen per ſtadium. Et hæc ſpecies, ni fallor, locum ad-
21. huc in urbibus & Aulis Principum invenit, quæ civium, imprimis tamen Nobilium exercendorum gratia inſtituitur, ut ſunt exercitia jaculatoria, certamina equeſtria & militaria, ad quæ * Nobilibus hodiè regulariter tantùm patet aditus Turnieren / Rinckrennen / &c. MüNSTER. *libr.3.Cosmograph c.452.p.896.* BENJAMIN. LEUBER in Magdeburgischen Stapel Unfug num. 1233. Pervenerunt tamen ad certa officia plebeji nonnulli, quorum præcipui hi erant (1.) die
22 * Stäbler / quorum officium prolixè deſcribitur *in LIMN ENUCLEATO libr.2.c.31.n.13.* (2.) Per-
23. sevanten * Ehren-Knechte / Geſellſchafft-Knechte (3.) Nachfolger der Wappen und Eh-
24 ren-Holde & * conſiſtebat horum munus in quatuor hiſce (1.) ut luſtrationi armorum & ſortitioni galarum etiam intereſſent (2.) ut leges & ſtatuta in his ludis obſervanda recitarent (3.) ut proclamarent, qui pro altero pœnæ & decurſioni ſe offerrent, agnitis armis inſignibusq; ejus (4.) ut Regibus circulorum in exhibitione teſtimonii decurſionis adeſſent. JOH. GEORG. HANAU *in tr. de Nobilitate quæſt.* 123. Sed hoc loco emergit quæſtio. *Num Imperator Nobilibus recens creatis, vel quatuor avis deſtitutis poteſtatem adeundi ludos equeſtres, iisq; ſe immiſcendi facere poſſit?* Affirmandum eſſe puto,
25 quia ſemel * Imperator ut ſummus Princeps, fonsq; Nobilitatis eos in Matriculam Nobilium

inſcri-

 26

inscribi dignatus fuit & pro * virtuosis ipse judicavit. Et hoc magis procedit, si cum hâc appositione, daß Er zu allen Thurnieren zuzulassen Imperator nobilitari decrevit & jussit, uti & hanc quæstionem singulariter ita exanimavit *FRIDER. BRUCKMANNUS in Tract. de regal.* Nam id nemo inficias ibit, quod Principi statuere liceat contra ea quæ juris sunt civilis, quod mutabile est *§. pen. Inst. de I. N. G. A. C.* nec dubium est, Imperatorem dum habet jus leges ferendi, potestatem quoq; habere abrogandi easdem, licet ab antecessoribus lectas, nisi fundamentales sint, quas vi juramenti promissorii servari tenetur *proœm. A. B. Caroli IV.* Hic tamen ordo observabatur, ne quis comitatior prodiret ad Torneamenta, quam sextus in Equo, *si Comes esset*, quartus *si Baro*, tertius *si eques.* hinc etiam germanico idiomate vocari consueverunt Ritter / quasi Dritter / weil Sie selbst Drittgeritten. *JUST.* Ritt. *libr. 1. Instit. feud. c. 3. n. 9. in fine.* NOLDEN. de Nobil. c. 3. n. 45. quam derivationem Dnus. *CARPZ. Tract. de pacto confraternitatis Saxonico Hassiaca c. 1. p. mihi* 43. §. 8. *n. 2.* ipse laudat, optima, inquiens, derivatio, concordiam animi pariter & intentionis innuens. *Et secundus ex reliquâ Nobilitate*, qui ordo eum in finem introductus fuit, ne hospites nimium dispendii facerent, cum sumtibus & liberalitate indicentis in toto Torneamentorum actu viverent. In quibus hastiludiis certa brabea victori eriguntur, victori dico: Nam si duo vel tres simul ad brabeum pervenerunt, neutri duo-

F rum

rum aut trium deberi: quia statutum excludit pluralitatem, & non sumus, scribit *JULIUS FERETTUS RAVENNAS in suis consil. sub rubr. de bravio fol.m.118.* in actu tendente ad utilitatem, sed ad honorem, ut unus illud habeat: omnesq; admitti debent ad reiterandum cursum. In aulis Principum hodiè quoq; videmus celebrare lu-
27. dos* venatorios, qn. sc. bestiæ carceribus inclusæ aut cum se ipsis aut cum canibus congrediuntur, donec tandem â canibus venatoriis conficiun-
28. tur. Hûc pertinet * vulpecularum luxatio das Fuchsprellen porrò & observant certis temporibus convivia regna sive potius convivia regalia die Wirthschafften / ubi quoq; eam personam ad quam sorte est vocatus, sive minoris sive majoris conditionis sit, cum omnibus qualitatibus repræsentare tenetur, qui ludi Principũ hodie sunt proprii, adeò, ut si privatorum quasi in convivio ita ludere vellet, puniatur. Convertimus ad hastiludia, quæ nullo modo cum Torneamentis confundenda sunt. Non sunt au-
29 tem *Ista Hastiludia* confundenda cum Torneamentis*,
30 quæ sunt ludi in jure prohibiti, quia* ex illis periculum animorum, morsq; hominum provenit, ideoq; ejusmodi hominibus, qui in istis vitam finiverunt, honesta sepultura interdicitur *c. 1. X.*
31. *de Torneam.* Dum nihil aliud sint, quam * species Monomachiæ sive duelli, ad quod milites tanquam ad nundinas vel ferias ex condicto ad ostentationem virium & audaciæ soliti sunt concurrere, hastatiq; dimicare *c. 1. X. de Torneam.*

THOLOSAN l.48 c.16.n.5. quod pugnandi genus, cũ mortes hominũ & pericula animarum ſæpè indè proveniãt, recte cum indict. Eccleſiaſticæ ſepulturæ uti jam diximus, prohibetur Vid. *Dd. ad tit. de Torneam.* Dn. *STRUV. Exerc. 15. th. 82. n. 2.* Quæ vero non oſtentationis & audaciæ, ſed virtutem militarem exercendi gratia inſtituuntur, ut ſunt haſtiludia; non improbantur *EXTRAVAGANT. JOHANN. PAPÆ XXII. c. un. de Torneam.* Hûc & ponimus illos homines, qui exigui lucelli cauſa ſe in ſummum animæ & corporis periculum dedunt, & qui extenſum funem volantibus ſimiles pendente veſtigio feruntur in ſublime, vocanturq; * funambuli Seil-Täntzer / Seil-
32. Fahrer. Quibus accenſentur νευροβάται & σχοινοβάται, de quibus illud *JUVENALIS* capiendum

Græculus eſuriens in cælum juſſeris, ibit.

Et deniq; Petauriſtæ, quod πρὸς ἀέρα πετῶνται id eſt in aerem volant, ut habet *ÆLIUS STOLO* apud Feſtum. Vide de Gladiatoribus *infra* § 4 *c.5.* Hûc
33. & illa ludentium cohors refertur, qui * die Taſchen-Spieler dici conſuevit, quos *BONIFAC. de furt. §. 1. n. 69.* deſcribit, quod ſint præſtigiatores quidam, qui ſaccis hoc eſt loculis, quaſdam artes exercent, aliud agentes, aliud agere ſimulantes, ſive qui digitorum agilitate ſpectantium oculos perſtringunt, qui & joculatores appellantur *PETR. CABALL. Reſol. Crimin. c. 177. n. 7* Confer
34 *LUDOV. ROM. ſing. 712.* unde Germanorum * vox ein Gauckeler deſcendit, quod Saxones efferunt ein Jöckeler à jaculatore deductum. Quod homi-

minimum Genus frequentiſſimum hodiè in nundinis eſt, quorum admiranda quædam agilitas eſt, quâ faſcinare quaſi oculos aſtantium exiſtimantur, dũ ex ſacculo ſuo vario, neſcio quot ova aliasq; res demonſtare norũt, ut ita Spectatorib. riſum excitent, & inſuper hâc ludendi ratione numos ſibi parent. Vid. *ANTON. MATTH. de Crim. libr. 47. tit. 5. c 4.* Quoties autem illi joculatores
35. & Mimi, qui Fera animalia ut leones aut urſos ducunt, welche die Bären tantzen laſſen. Si tale animal damnum dederit, puniantur *vid. l. 42. ff. de ædilit. edict.* vel ſi ſerpentes foveant, & horum metu damnum datum ſit, quod tunc extra ordinem teneantur *vid. l fin. ff. de Extraord. crim. LUDOV. ROM. ſing 712.* Sed nos revertimus ad haſtiludia, & dicimus, quod ante victoriam ſpem præmiorum pignorare nemo poſſit *l. 5. C. quæ res pign.*
36 Dum * adhuc incertum ſit, uter ex certantibus præmium tanquam victor reportabit. Aſt bene poſt victoriam *l. 40. ff. jud.* Ab hoc ſacro certamine, quod hodiè Germanice Rinckrennen
37. appellatur militia differebat, dum illius * officium erat, ut illi, qui in ſcholâ quâdam inter ſtatutos relati ſalaria ac commoda ab Imperiali munificentia conſequebantur *BRISSON. libr. 12. de V. S.*
38 Huc & * commode recenſetur Exercitium pugillatorium, in quo hodie juventus nobilis exercetur, & pro ludo licito haberi debet, dum pro fine non lucrum, ſed virtutem habeat. Igitur
39. & in jure noſtro Athleta * á pænâ immunis eſt,
40 qui in pugillatione aliquam occidit, quia * gloriæ

riæ causa & virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum datum *l. 7. §. 2. qui ad L. Aquil. CARPZ. dec.*
41 296. & quoniam ejusmodi casus in * dulcissimâ patriâ meâ Annæberga 1650. se contulit, totum exscribi hîc curabo, qui ita sonat: Habt Ihr S. W, von S. einen Platten-Schläger und Frey-Fechter eine freye öffentl. Fecht-Schule zuhalten vergönnet/ worauff sichs begeben/ daß A. V. ein Fecht-Schüller mit G. H. einen Manne von 63. Jahren aus den Dißäcken gefochten/ und demselben im andern Gange/ nachdem Er zuvor im ersten Gange von Ihme über den Kopff Blutrünstig geschlagen worden/ in der lincken Seiten dermassen getroffen/ daß Er stracks zu Boden gefallen/ und Todes verblieben. Und ob schon fürgegeben wird/ daß solches von Ihme und dem Meister der Fecht-Schule aus Vorsatz geschehen/ so seyn Sie doch dessen durchaus nicht geständig. Da nun A. V. vermittels seines leibl. Eydes sich reinigen/ und daß Er keinen Vorsatz gehabt G. H. zu entleiben/ oder gefährlich zu beschädigen/ schweren würde/ massen Er zuthun schuldig/ so möchte Er mit einiger Straffe nicht beleget/ noch etwas wider Ihn ferner deswegen vorgenommen werden/ V. R. W. Quod autem in hoc casu ad Wergeldum occidens non damnatus fuerit, ratio est, quia occisus eum in palæstra secum pugnandi verbis duris coegit, aliàs â Wergeldo non liberatus fuisset, dum ejusmodi pugiles non tam ob virtutem, quam lucrum ejusmodi exercitia instituunt. De ejusmodi casuali homici-

dio vid. *GUIL. 2. obſerv.* 110. *n.* 38.

§. 9.

42 Tertia * ſpecies eſt Quintana, quæ nomen accepiſſe dicitur ab Exercitatione, quam milites Romani in viâ Quintanâ in caſtris faciebant. Vid. *VEGETIUS libr.* 1. *c.* 11. *RAUCHB. in ſuis quæſt.* 25. *n.* 3. dicit â *QUINTO*, inventore nomen habere & jaculationem haſtæ vel conti ſine cuſpide, ſpiculo aculeo vel ferro *l.* 1. *C. de aleat.* Secundum lectionem vulgarem opinantur fuiſſe hunc ludum Baſilindam, quem *JULIUS POLLUX. libr.* 9. *Onomad.* ita deſcribit, quo per ſortem fit Rex & Miniſter, & ille huic laborioſum quid imperat, quod

43 Germanice forſan poſſet dici * das König ſchlagen/des Königs Spielen apud Græcos hic ludus quoq; frequens erat, dicebaturq; ludus ſphæræ, qua qui viciſſet rex dicebatur, & imperabat: victus vero aſinus & victoris mandata exequebatur cui ſphæromachia nomen, quo in Gymnaſio juventus exerceri ſolebat. *ALEX. ab ALEX. Gene. Dier. libr.* 3. *c.* 21. Ubi Rex per certum manuum numerum eligitur. Adeſt quoq; alius ludus,

44 qui vocatur Baſilicus, ſed hic * tantum convivalis eſt jactus, qui in conviviis ſolus fermè fuerit adhibitus, uti refert *SENFFLEBIUS in ſuo Tr. de*

45 *aleâ Veter. c.* 5 *c.* 19. Nam Veteres * in conviviis ex omni convivarum numero certum eligebant Perſonam, quæ convivio præeſſet, legesq;, quas *HORAT.* 2 *Satyr.* 6. inſanas vocat, illis præſcriberet. Hæc variè â variis indigitatur ſcriptoribus: â *JUVEN. ſaty.* 3. vocatur Magiſter; â *PLAU-*

TO in

To in Perf. c. 1. 18. Dictator ab *HORAT. libr.* 2. *serm.* 8. Pater cœnæ; â *GELLIO* 13. 11. convivii Dominus; â *SIDONIO* / 9 â Græcis autem βασιλεύς: quia vero βασιλεὺς iste, ut plurimum jactu talorum eligebatur, isq; in hunc regem coronabatur, qui Venerem jecerat, factum est, ut *PLAUTUS* hunc jactum vocare voluerit Basilicum. Res clarior fit ex loco Horatiano *libr.* 2. *Od.* 7.

— — — quis udo
Deproperare apio coronas
Curatve Myrto? quem Venus arbitrum
Dicet bibendi?

46 Venus * autem h. l. denotat, cum tali quatuor diverso omnes erant numero id est cum jacti erant omnes talorum numeri Venus erat. THOM. FREIGIUS *ad Exercit. Lud. Vivis. pag.* 34. Venus alias Græcis est ἀφροδίτης ἀβραμίας Gallis Trois six, quand on joue à trois dez. Germ. Alle Says / zwölffe oder dreymal sechs / wenn man rimpfft / oder mit dreyen Würffeln wirfft. Et canis, canicula κύων ἄβολα Germanis dicitur alle Eß / qui talorum canis damnatus, servi vero medius & anceps: siquidem modo lucra, nonnunquam damnum afferebat. Vid. ALEX. ab ALEXAND. Genialium dier. *libr.* 3. *c.* 21. & formula loquendi erat sc. remitto tibi hanc manum Ich laß dir diesen Würff: In unum jactum omnia, es gilt alles auff einen Wurff. Hinc forte Autocrepia 2. §. 10.

47 Quarta * species nominatur τριαχθῆς id est colluctatio in vulgaribus catampon, qualis vero lusus

sus fuerit, ignorare se dicunt ALCIATUS & PETR. GREGOR. Volunt alii legi Catambon, vel ut in Græca constitutione καθ' ἀμφῶν, & sit certamen duorum concurrentium. Ex TACITI *cap. 6* de moribus Germ. JOH. FREINSHEIMIUS in den teutschen Tugend-Spiegel oder Gesang von den Stammen und Thaten des alten und neuen teutschen Hercules, in not. statim ab initio & qui-
48 dem lit. C ludum hunc notat * den Schwerdt-Tantz â Pyrrho Achillis filio ita dictum. Mentionem hujus facit & sapiens PLATO *libr. 2 suarum* LL. *Consule* POLYD. VIRG. *de Invent. rer. libr. 3 c. 13. ROS. in Antiquit. libr. 5 c. 25.* Interim tamen ex JOH. CO-
49 RASIO *Miscell. Jur. civ. libr* 4. c. 24. referimus * Gladiatores, qui gladiis depugnabant: Luctatores qui luctando certabant, alio nomine Palæstritæ dicti. Pancratistas, qui totis corporis viribus, animosaq; omnium nervorum contentione, veluti pugnis, cubitis calcibusq; dimicabant. Nam Pancratium, certaminis genus est, in quo omni impetendi, prehendendiq. modo certatores utuntur *l. quâ actione §. si quis in colluct. ff. ad* L. *Aquil. ibiq.* GOTHOFRED. Plures species invenies apud alleg. autorem, quem sis, evolvas. Generaliter & uno verbo dicuntur Athletæ, & apud Roma-
50 nos suo * exercitio artem ludicram facere non videbantur, sed fiebant ejusmodi exercitia virtutis gratia ut habet ULPIAN. *in l. 4 ff. de his, qui not. infam.* Horum exercitationem refert ICtus PAULUS *in libr. 2. §. 1. ff. de Aleat.* nempe certare hasta, pila jaciendo, currendo, saliendo, luctando, pugnando,

gnando, & addit, virtutis causa fieri. Nempe hæ erat quinq; illæ exercitationes, de quibus & supra dixi, ut cursus, lucta, saltus, jactus, pugillatus cum cœstibus, á Græcis pentathlum dictum, Romanis vero quinquertiones, qui his eruditi. *HOFFMANNUS* in suis notis *ad Lycurg. Germanorum moribus informatum cap.* 35. § 3. *p. m.* 253. nominat ejusmodi hominem Pancratiastam einen Fünff-Künstler. Videri potest *ALCIATUS* notatur *in L. sing. C. de atbl. libr. X. TURNEB. libr.* 27. *c.* 8. *advers. JULIUS SCALIGER* 2. *Poët.* 22. Et præ cæteris *HIERONYMUS MERCURIALIS de arte Gymnast.* Ex his lucta etiam Germanis Majorum memoriâ valdè fuit commendabilis. Extat adhuc *FABIANI* von Auerswalde Ringer Kunst anno 1393. excusa, è cujus præfatione liquet, quanto in pretio hoc exercitium Ernesti Saxonis Electoris tẽpore in aulâ fuit. Prætereundum hîc non est

51 quod Romæ athletæ * in sacris certaminibus coronati excusationem â tutelâ habuerint *L.* ἐὰν δύο §. *Ulpianus ff. de Excus. tutor.* Et si per omnem ætatem certassent, & coronis non minus tribus coronati sacris certaminibus fuissent, civilium munerum vocationem impetrabant. *L. sing. C. de atbl. libr. X.* Dividuntur hodiè pugiles in tres ordines v. g. in Feder-Fechter / Marx-Brüder & Lux-Brüder / quorum aliqui hodiè Francof. ad Mæn. approbati artifices oblongi gladii creantur. Vid. *GARZONUM PIAZZ. Univers. disc.* 95 *f.* 795.

§. 11.

52 Quinta & ultima ſpecies eſt * ἱππικὴ ſive equorum curriculum *l. 1. & l. fin. C. de aleat.* *ALCIAT.* nominat ῥέπειν λυςέρας a decurſu latrunculorum; *PETR. GREGOR.* ἐκπεριστασμὸν id eſt ludum, in quo imitatio eſt converſionum ordinum militarium. Aliàs nomen habere conſuevit Troja ſive Pyrrhica, quæ ſimulacrum eſt pugnæ equeſtris, quæ πρύλις & ἱππασία *DIONI* audit, ſed tranſit etiam uſus Pyrrhycæ in pedeſtris pugnæ ſimulacrum; adhibitis numeris & concentu Muſico, uti ſcribit *GOTHOFRED. in ſuis not. ad l. 1. C. de aleat.* Affinitatem habere videtur ſaltatio equeſtris, quando nimirum equi ſecundùm numerum ſaltare docentur, Germ Roß-Ballete/ ejusmodi ſaltationes celebratæ leguntur in nuptiis primis Imperatoris noſtri ſacratiſſimi LEOPOLDI, quem DEUS adhûc ſalvum tectumq; contra noſtros hoſtes conſervare velit quam diutiſſime.

§. 12.

Anſam accepimus præcedente §. per equorum curſum pauca quædam prælibare de arte ſaltatoriâ. Quamvis enim * hæc decora apud Ro-
53 manos & feſtiva corporis fuit agitatio, vid. *ROSIN. ANTIQUIT. lib. 5. c. 10.* notabilis tamen veterum Germanorum erat ſaltatio, quæ dicta fuit Pyrrichica, in quâ viri, armaturâ integra induti, gladium nudum geſtantes ſaltare ſolebant: *vid. ſupra §. 10.* Hinc *BUDÆUS* pyrrichiſtas nominavit ſaltatores armatos. Sed hæc ſaltatio jam dudum exploſa, è contrario Gallicæ, Italicæ, Anglicæ, Hiſpa-

Hispanicæ introductæ sunt saltationes, tantâq; Germanorum aviditate arreptæ, ut pauci vel nulli, uti scribit Dn. *HOFFMANNUS ad Lycurg. c.* 35. inveniantur, qui more Germanorum veteri saltare vel possint vel cupiant, ita effæminati videntur, quia in Gynæceis solam laudem saltando sibi quærunt. *Num vero saltationes ejusmodi sint moraliter bonæ, non immeritò hic quæritur?* Moralitatem illarum si inspiciamus, neq; bonæ
54 neq; malæ sunt, sed indifferentes, quia * consistunt in actu, qui si est honestus, ipsa & saltatio honesta, si vero actus est inhonestus & saltatio inhonesta dicenda, ideò â quibusdam permittuntur, â quibusdam vero planè rejiciuntur. Eas qui rejiciunt proferunt (1.) si fæminæ inter viros non debent versari, sequitur, quod etiam Choreas non debeant ducere cum viris, atq; verum est prius *c. 2. de jud. in 6.* Ergò & posterius *l. 14. C. de comm. stip.* (2.) quia finis earum est malus, & cujus finis est malus, illud ipsum est malum, finis namque est voluptas. (3.) quia hoc modo aliquis adducitur ad committendum malum (4.) quia sacra scriptura eas improbat. *Prov. 7. v. 7.* ubi Salomon inter blanditias quibus meretrices Juvenes illaqueari solent, refert, vid. & *STRACID. cap. 9. v.* 8. Verum his non obstantibus, illicitas esse non censemus, si nimirum fiant moderatò, in locis & congressibus publicis cum honestis personis, tempore hilaritatis & recreationis: Sic David coram Domino publice saltavit *2. Reg. 6. v.* 14. & puellæ victoriam de Goliatho Choreis &

cantibus celebrarunt *1. Reg. 8. v. 6. vid. pluribus Theologos Casuistas B. MEISN. de adiaph. disp. 12. Philosoph. sobr. p. 1. cap. 4. quæst. 2 pag. m. 575. B. DANHAUER. decal. Colleg. f. 985. vid.* Churfl. Sächß. Landes-Ordnung sub rubr. unordentliche Täntze in corpore Juris Sax *p. m* 58. 96. & ord. Sax Nuptial. *p. m* 301. Parili modo de honestâ saltatione laudabilis instituta est ordinatio Budissæ, quæ legi potest in statutis typis expressis anno 1560. sub rubr. vom Tantz. Am Tantze sollen sich Gesellen/ Jungfrauen und Frauen erbar und züchtig mit Tantzen und Geberden gegen einander verhalten/ und nicht andern Leuten zum Ergernüs in die Winckel kriechen/ und Sprach halten/ sondern nach dem Tantz soll eine jede Jungfrau oder Frau an ihren gebührenden Ort geführet/ und folgends wiederumb ehrlich auffgezogen werden/ da sich aber Jemandes ungebührlich mit Ungeberden und Ubelstand verhalten würde/ dem oder derselben soll zu Abscheu andern das Tantz-Hauß ein Jahr lang verbothen seyn/ oder sonst nach Erkäntnüs des Raths gestraffet werden. Auch sollen ernstlich verbothen seyn alle ungewöhnliche Täntze/ als Zeuner- Hascher-Tantz ꝛc. De hâc re vid. elegans Responsum apud *CARPZ. praxi Crim quæst. 133 n. 35.* qui de saltationibus tum licitis tum illicitis legere cupit evolvat Theatrum diabolorum p. 1. sub rubr. der Tantz-Teuffel/ ubi plura lectu non injucunda inveniet *pag m. 176.*

§. 13.

A Cho-

A Choreis ad Comædias & Tragædias nunc devenimus quæ etiam ludũ repræsentare videntur & hic referri possunt. Et quod de saltationibus diximus, illud hoc loco, repetimus statuentes
55. eas esse * non illicitas cum sint specula viva eorum, quæ in vitâ humanâ geruntur, nec sine utilitate, dum mores informãt, & ad honestam delectationem alliciant; modò absit lascivia & obscænitas cum omni scurrilitate, quæ Christianos non decet *Ephes.4.v.29.* læsio gloriæ DEI, scandalumq; proximi. Objectiones vero eorum, qui contrarium statuunt, præcipuæ sunt sequentes: dicunt enim (1.) vestimentorum mutationem, ut scil. vir habitu muliebri induatur, aut contra, sacra scriptura prohibet *Deut.22.v.5.* (2.) adducunt Patrum Eccles. aliorumq; rigidas in ludos scenicos censuras. Verum enim verò hæc argumenta tanti ponderis non sunt, ut nos ad contrariam opinionem rapiant, primum quòd attinet, sciendum mutationem vestium simpliciter non prohiberi sed mutationem fraudulentam, cum nimirum ignorante proximo, & deceptionis gratia fiat, aut in conversatione Politicâ, ubi sexum â sexu semper distinctum esse oportet. Ad (2.) respondemus, Patres loqui de impiis Ethnicorum idololatricis & in abusu constitutis ludis, quibus Christiani facilè scandalum
56. capiunt. Quo respectu & nos Actum * de Sancto Christo **den Heiligen Christ** non approbare possumus, ubi una persona fingit se Rupertũ sive Diabolum, altera pro liberis orat, ut Sanctus

 Chri-

Christus eos Ruperto tradere nolit, & quæ sunt alia Papismum, imò Gentilismum sapientia. De Larvis his Natalitiis *tractatulum* composuit *Lipsiæ* 1674. *Chressulder*, qui larvâ detectâ sive per anagramma audit *Dn.M.JOH. GABRIEL DRECHSLERUS*, Collega Tertius Halæ, *νῦν ἐν ἁγίοις de ludis sceni cis evolve MEISNER. in suâ Philosophia sobria p.1 sect. 2. cap.4 pag.m.566. & BALDUIN. in Cas. Conscientiæ libr. 4.c.2.p.m.853. DANHAUER. Colleg. Decal. fol.* 986.

§. 14.

Ad lusus, qui virtutis & ingenii excitandi vel acuendi causa fiunt, imprimis vero illum, quem Doctores *ludum scaccborum* appellant, nos convertimus, illumq; licitum declaramus. Nam si ludi admittuntur ob exercitium corporis, quare non etiam ob animi exercitium, cum ea, quæ sunt animi, longè pretiosiora sint, quam corporis *argt. l.sancimus* 21. *C.de sacrosanct. Eccles. CHILIAN.* König *in Process. Judic.c.*34.*n.*2. diese Spiele/*inquit*, sind zugelassen / in welchen die Geschickligkeit und der Verstand des Menschen / und nicht das Glück gebrauchet wird / also das Spiel des Schach-Zabels. Originem autem si * *POLYD. VIRGIL.* cre-
57. dere liceat *libr.2. de Inventor. rer. c.* 13. sumpsit circiter annum O. C. 3635. â quodam Viro sapiente, nomine *XERXE*, qui cum non auderet apertè monere officii sui Tyrannum quendam metu sævitiæ; calculorum sive latrunculorum documento voluit tacitè eum monere, Majestatem sine viribus, hominumq; adminiculis nec vehere nec tutam fore, & regem, nisi invigilaret, â suisq; defen-

defenderetur, facilè oppressum iri. Et hoc certè acies latrunculorum ostendit. Consistit au-
58. tem distinctis * in orea sive fritillo quadrato areolis quadratis, quas πόλεις vocabant, inq; his duabus contrariis aciebus distinctorum calculorum, accommodato positu instructis ceu ad mutuas insidias & conflictus. *MAJOL. in continuatione dier. canicul. coll. 2 p. 146.* ubi in simul plures tesserarum describit modos. Ante aliquot annos *CHRISTOPHORUS WEICKMANNUS* Patricius Ulmensis hunc ludum ita auxit ut non tantum duo; sed etiam tres, quatuor aut plures personæ conjunctim ludere possint. *Vid. illius Tr. anno* 1664, *Ulmæ editum*, ubi singulis ductibus Politicæ & Militares observationes adducuntur. Hunc Schachorum ludum *JACOBUS*, potentissimus Britannorum Monarcha in Regio suo munere penitus præcipue prohibuit, quod attentius multò implicetur animus, quam studiis etiam rarioribus.

§. 15.

Huc recenseri meretur, quod in agri Halberstadiensis
59. dienfis * pago Ströbke rustici adeò hujus ludi
60 periti dicuntur * ut exercitatissimos Extraneorum vincant, & uti ajunt, si quis esset, qui quendam illorum tali ludo superare posset, id non sine periculo amittendorum privilegiorum fore. Et apud Nostros magnum hic ludus meruit favorem, ut inter ludos permissos licitosq; justè habeatur, *Summ. Baptist. inter. Ludus. LOPEZ. in prax. can, c. 70.* quia videlicet in hoc ludo minimum

mum fortunæ licet, sed omnia ingenii vi atq; singulari judicio peraguntur: ita tamen, ne ultra solidum, sicut in aliis dictis ludis ludere liceat. Neq; de nihilo est, quod SANNAZARIUS, ut & J. CÆSAR cum JULIO ASCANIO TUCCIO CREMENSI elegantissima de hoc ludo poemata, quæ apud SENFFLEB. c. 14. n. 15. & celeberrimus Imperii Princeps, cujus supra mentionem fecimus scripserint. Jure Sax permittitur etiam das Boseln/ita tamen, ne quis ultra grossum in illo ludo perdat. CONSTIT. SAXON. c. 73. Dn. BECHMANN in suo comm. ad ff. de aleat. Hûc referimus & illam
61. speciem, quæ vocatur * die Bissen-Taffel/ ubi tantum vescendi causâ, & in commessationem luditur, quod est quoq; permissum. Vid. SCHOTAN. tit. de aleat.

§. 16.

Ad secundam Classem recensentur illi ludi, qui tantum à cæca atq; ancipiti dependent fortunâ, ut vulgò loqvuntur, illorumq; genus τυχαῖον vel τυχικὸν vocatur, quia in illis plus valet sors, quam ingenium sive ars. Hinc quoq; chartarum di-
62. stributio * est actio meri fortuita, ubi hominis ingenium, ars & industria ad eventum nihil facit, nec distributionem huic lusori prosperam, alteri diversam determinat, quapropt. in chartarũ ludo interdum concedendum, industria & arte aliquando juvari posse per peritum lusorem, cui sortitio chartarum infeliciter ceciderit, & cui cũ imperitiore certamen sit; sed hæc est per accidens, multotiesq; fraus, & rei substantiam non

con-

confirmat, quæ per se mala est, dum fortunam denuò experiri non desinit, qui ludum perdidit, usq; ad ultimum quadrantem, quia à victoris ingenio, arte, industriâ (uti in aliis ludis) eventum nullatenus pendere novit; & tandem vel semel jactum sibi feliciter casurum sperat: in aliis ludis, ubi victoris ingenio & arte se superari quis videt, cum impari aut non congreditur aut tandem congredi sinit;

Sic ne perdiderit, non cesset ludere lusor
Et revocat cupidas alea sæpè manus.

OVID. libr. 1. de arte amandi. Genera vero ludendi
63. chartis * multò sunt intricatiora, adeò, ut quis stellas potius numerare possit, quam ista lusuum genera, siquidem nullus fermè pagus tam obscurus est, qui non certum sibi ludendi genus in chartis finxerit. Dividuntur chartæ lusoriæ in suas familias, suntq; varii generis: Hispanicæ, Gallicæ, Germanicæ. Hispanicæ habent aureos nummos, carchesia, baculos, enses. Et vocantur Trepplir-Karten. Gallicæ, chorda, rhombulos, trifolia, vomerculos siv. palas siv. spicula: est in quaq; familia rex, regina, eques, monas, dyas, trias, quaternio, pentas, senio heptes, ogdoes enneas; Germanicæ chartæ sub se comprehendunt, das Taus/ quod pro ludentium genere vel supremum vel infimum est, der König/ Obermann/ Untermann/ Zehn/ Neune/ Achte/ Sieben/ Sechs/ Fünff/ Viere/ Drey/ Numeri tamen posteriores quatuor non semper sunt necessarii. Modus autem di-

ſtribuendi fit â dextra in ſiniſtram juxta illud: *â dextris* heb ab/ *â ſiniſtris porrige chartas*. Melius eſt dicere diſtribuere chartas die Karte gebē. Cordium eſt familia Dominatrix roth iſt Trumpff vocatur & charta index die Triumpff-Karte. Vertere chartam die Karte mengen. Computare chartas zuſammen legen. Anno 1578. Neapoli
64 novum * Tributum impoſitum fuit, quod unusquisq; novum chartarum genus fingens ſolvat Regi unicum Carlinum, quod tributum hodie pro viginti millibus ducatorum vendunt, uti recenſet *MAGISER in delitiis Neapolitan. p.234.* In Hiſpaniâ monopolium chartarum luſoriarum aliquando infiniti ferè quæſtus fuiſſe accepimus.
65 Lucrum aliquod * *NICOLAUS NERATIUS* Sculptor Excellentiſſimus, de quo vide *ARCHONTOL COSMIC. GOTHOFREDI p.1. ſub.rubr. RESP. VENETA p.m.586.* qui duas columnas affabre factas ex navibus miro ingenio extraxit, pro quo labore nihil aliud â Rep. petiiſſe dicitur, quam ut liceret luſionibus menſas luſorias ibi conſtituere, teſſeriſq; propoſitis ad ludendum alios invitare. Nec mali reſpondit opinioni fides, cum nunquam non ibi inveniantur aleatores. circulatores, hiſtriones, & id genus inutilia terræ pondera, quibus omnis vita in otio & torpore poſita eſt. Cæ-
66 terum Veteres chartas luſorias * non fruſtra in quatuor diſtribuere ordines (1.) Die Eichel/ anzudeuten/ daß die jenigen ſäuiſch ſeyn/ welche ſich gar zu ſehr darein verlieben. (2.) Das grüne Laub/ anzudeuten/ daß die rauſchend und unbe-
ſonnen

sonnen seyn/die ümb Gewinn spielen. (3.) Das Hertz/ anzudeuten/ daß Sie ein verstockt Hertz haben. (4) Die Schellen/ daß die thöricht seyn die umb viel Geld spielen. *REFORM. NORIC. tit.* 13. l. 5. Alii ex literis initialibus colorum istorū aus Schellen/ Aichel/ Roth und Grün einen
67. Sarg composuêre, quia chartæ lusoriæ * sæpè fiunt marsupii & lusoris sepulchrum. Aliam
68. interpretationem quatuor colorum * in chartis lusoriis exhibet *Theatrum diabolorum p. 2. sub rubr* der SpielTeuffel *p. m.* 267. hisce verbis: Erstlich bezeugens die vier Farben in der Karten/ welche nach den vier Elementen gestellet sind/ als Roth und Blutfarb/ weil offtmals einer bey den Spiel also geschlagen wird/ daß Ihm die rothe Würtz über den Backen läufft/ etliche erstochen; Zum andern/ weil solche rothe Farbe mit einem Hertz bezeichnet ist/ wird dadurch angezeuget/ daß die Spieler Ihr Hertz in der Karten haben/ und nicht bey GOtt/ ja daß das Spiel Ihr GOtt ist/ bey dem Sie sind/ nach den Spruch CHristi: wo dein Schatz ist/ da ist dein Hertz. Matth. 6. Grün ist windiger Art/ und WaldFarb/ zeiget erstlich an/ daß die Spieler ein geringer Wind zum Spiel und auch zum Zorn bewege/ wie die Blätter auff den Bäumen vom geringen Wind beweget werden; Zum andern/ daß Sie nicht fest stehen/ sondern sich offt von Hauß und Hoff über die Heyden schwingen müssen/ wenn Sie alles verspielet/ oder etwa Hader und Mord angerichtet haben. Darumb wie die Blätter

 nicht

nicht immer grünen / sondern verwelcken und abfallen; Also müssen die Spieler / wie lang Sie auch grünen / endlich verwelcken / das ist / verarmen / und sonst in ein ander Unglück gerathen/und ein böß Ende nehmen. Schellen Farb ist gelb und feuriger Art / zeigt erstlich an / daß die Spieler hefftigen / hitzigen / gehlichen Zorn haben / welcher sich bald wie Feuer ausbreitet / und ohne Schaden nicht abgehet; Zum andern / daß Sie hitzig / embsig / und so gar auffs Spiel erpicht sind / daß Sie nicht davon zubringen sind; Zum dritten / daß Sie Narren sind / die Ihr Geld und Gut nicht besser wissen anzulegen / als ans Spiel. Eicheln sind erdiger Art / und Säu-Nüß oder Schwein-Obst / zeiget erstlich an / daß Sie von Ihren bösen Fürnehmen schwerlich zubringen sind / wie eine Säu von Eckern; Zum andern / daß Sie auff die letzt kaum die Eckern und Träber mit den Säuen zufressen haben / wie der verlohrne Sohn Luc 15. Plura alia prosequitur Theatrum antea allegatum, ubi in simul
69 historia quædam * auditu horrenda de tribus aleatoribus extat. Quoniam vero lectu dignissimam eam censeo, & liber in omnium manibus non inveniatur, apponere mihi allubuit: Nahe bey der Stadt Willisau in Schweitz haben drey Spieler des Sonntags auff der Scheiben gespielet / unter welchen einer / Ulrich Schröter genannt / desselbigen Tages viel Geld verspielet / und übel darüber gefluchet / da Ihme aber ein gut Spiel kommen / hat Ers für unmüglich geachtet /

daß

daß Ers verspielen solte / hat derohalben trotzig gesaget/ wo Er solch gut Spiel verliehren würde/ wolte Er GOTT im Himmel erstechen. Aber was Er sich gefürchtet/ daß ist Ihme wiederfahren/ und hat das Spiel verlohren: Darob Er dermassen entrüstet worden/ daß Er seinen Dolch bey der Spitzen erwischet / in die Höhe geworffen und gesprochen: Er wolte denselbigen / so er könte/ GOtt in den Leib werffen. Was ist aber hierauff erfolget? der Dolch ist verschwunden/ und sind bald 5. Bluts-Tropffen herunter auff die Scheiben gefallen. Der Teuffel aber ist mit grosser Ungestümme kommen / und hat den/ so mit den Dolch geworffen / sichtiglich hinweg geführet. Die andere Zween aber haben das Blut von der Scheiben abwaschen wollen / und doch nicht gekonnt/ denn je mehr Sie gewaschen/ je länger das Blut geschienen und röther worden. Weil aber solch Geschrey in die Stadt kommen/ läuffet Jedermann hinaus/ finden die Zween am Wasser/ welche nach Bekändtnüs der That bald sind gefänglich angenommen worden. Es ist aber der eine bald so schwach worden/ daß Er im Thor umbgefallen / dem sind plötzlich am Leibe grosse Läuse gewachsen/ die Ihme grosse Löcher gebissen/ daß Er davon jämmerlich und schmertzlich hat sterben müssen. Der dritte ist in der Stadt von der Obrigkeit mit den Schwerdt gestraffet worden. Et sub rubr. der Kleider- und Kröß-Teuffel *p.2.p.m.69 fac.b.* In einer Stadt war ein junger Gesell in Sicilia, der war ein grosser

ter Spieler und GOttesLäster. Einmahl hat Er seiner Frauen heimlich eine güldene Gürtel genommen/ und Sie in den Busen gestossen/ ob Er das Geld verspielet/ daß Er die Gürtel zuverkauffen hätte/ und auch verspielete. Die Spieler kommen für eines Bürgers Hauß auff einen Laden/ und da Sie also spieleten/ kam des Königes Stadthalter/ und sprach zu demselben Gesellen: Gehe in das Kloster/ in der Münche Garten/ und bringe mir einen Sallat aufs Nachtmahl/ Ich mag sonst nichts essen/ der Gesell sprach: Herr/ gerne/ und nimbt sein Geld/ und gehet hin/ und auff dem Wege führet Ihn der Teuffel mit Leib und Seel hinweg. Der Herr wartet des Sallats/ es kam niemands/ er war zornig/ und ließ den Gesellen in seinen Hause suchen/ und in der gantzen Stadt/ Er war verlohren. Einmahl fuhr ein Schiff für den Berg Ethna anhin/ welcher Berg Feuer-Flammen in Sicilia auswirfft/ da ward ein grausamlich Geschrey gehöret/ das sprach also: Patron, Schiffmann/ Er gab Ihme keine Antwort. Darnach kam noch eine grausamere Stimme/ die sprach: Schiffmann/ Patron, Er schweig aber still. Zum dritten sprach die Stimme/ wiltu mir nicht antworten/ so will Ich das Schiff machen untergehen. Die Leute die in den Schiff waren weineten/ schryen und sprachen zum Schiffmann/ Er solte Antwort geben. Der Patron sprach/ was bistu? die Stimme sprach/ der Teuffel. Der Schiffmann sagt

Was:

Was wiltu dann? der Teuffel sprach/ sage dem Stadthalter des Königs/ daß Er den Gesellen nicht mehr suche/ denn Ich habe Ihn gehohlet. NB. umb seiner grossen Betriegerey Willen des Spiels/ und hab Ihn geführet in die Hölle/ da Er ewiglich brennen muß/ und ließ die gestohlene Gürtel in das Schiff fallen und sprach/ die Gürtel gib seiner Frauen wieder ꝛc.

Utinam omnes aleatores blasphemantes DEUM hoc legerent, observarent, atq; alea planè abstinerent, dum ibi semper blasphemare, blasphemosq; esse præsumantur, uti singulariter decidit *PETRUS GERARD. DE PETR. sing. 83. p. 2.*

§. 17.

Cum jam ex præcedentibus sat superq; demonstratum sit, lusum si cancellos nimirum excedat, chartarum sive foliorum illicitum esse, ut & *RIVET. Comment. in Ps. 22. anno* 1620. *edito* ita statuit: *meritò*, inquiens, *propter irreverentiam & necessitatis defectum damnantur*

70 * *aleæ aut tesserarum, calculorum & chartarum ludi* &c. Eandem sententiam proponit *in Explicat. Decal. anno* 1632. ubi insimul Danæi Præceptoris sui defensionem in libello de alea defendit, statim manifestum erit, quid judi-

71. candum sit de illâ quæstione; *Num * chartularii in Rep. bene constituta sint tollendi?* Nostrum calculũ affirmativæ sententiæ adjicimus, dicentes, (1.) quia ejusmodi homines sunt causa malorum multorum, si enim ludi aleæ intotum rejiciendi, & è medio Christianorum proscribendi sequitur & eorum autorem & Promotorem rejicien-

jiciendum esse, Atqui verum est prius, Ergò & posterius. Prius hinc inde probatum dedimus, ut sic & posterius suam habebit defensionem, cum plane nihil sit in iis, eos quod excusare queat. (2.) Causam & occasionem damni præbens, ipse damnum dedisse censetur *c. 11. X. de homicid. l. 30. § 3. l. 51 ff. ad L. Aquiliam*, ubi vero causa subest, ibi culpa est *c. 23. de R. I. in 6.* (3.) quia cum crimen patiatur ille, qui non prohibet, *arg. à contrario sensu l. 109. & 50. ff. de R. I.* multò magis ille criminis reus erit, qui, quantum potest, illud promovet. (4.) *argt. à simili:* quia furti tenetur, qui sciens scalas fenestris supponit, aut ferramenta furi commodat §. 11 *Inst. de oblig. ex del.* (5.) quia si ideo aleatorum receptatores gravem reprehensionem & pœnam incurrunt, quod juventuti ansam ad ludos præbeant, aleas, tabulas, &c. suppeditando, quidni & hi, qui magnam quotidiè chartarum lusoriarum copiam compingunt solùm eum in finem, ut distrahant, lusorumque studia propagent. Ex statu autem corrupto & legali aliquo modo tolerantur, ut sc. homines chartis ludentes se recreent, non verò toti totum vitæ tempus illis transigant & consumant.

§. 18.

72. Hoc autem chartarum * & taxillorum genus summè esse laudandum, ubi quis ludendo res utiles & valdè necessarias perdiscit, uti hunc in
73. modum * chartas lusorias edidit *JEAN de MARETS*, Gallus quidam, ex quibus facillimè totam Geographiam quivis cognoscere poterit, has Germa-

Germanicè cum Emblematibus Sereniſſimo
noſtro *JOHANNI GEORGIO III. PRINCIPI ELE-
CTORALI SAXONIÆ* inſcribi, dicariq; curarunt
*WOLFFGANG & JOH. ANDR. FRATRES ENDTE-
RI* Noribergæ 1656. Hûc & ſpectat * Ana-
74 grammatiſmus, id eſt literarum trajectio vel in-
verſio, de quo vide plura *apud MAJOL. in continuat.*
75. *dier. Can. coll. 2. p. m.* 150. Aliud * ludendi genus
in Hieroglyphicis conſiſtens ante oculos nobis
propoſuit *M. HEINRICUS OELSCHLEGELIUS* Ele-
ctoralis propter Albim Scholæ olim Collega,
quo juventus Scholaſtica ſe exercere poteſt re-
citando carmen, locum communem ex certo a-
liquo autore, qui videri poteſt.

§. 19.

76 Porrò ad *ſecundam claſſem* * pertinent teſſeræ,
quæ ſub aleâ comprehendantur noto erit notius.
77. Eſt autem * Teſſera inſtrumentum, quo uti-
mur in tabula lucri cauſa. *CICERO, GELLIUS &
MACROBIUS* ſenibus dicant. Varie autem vox
78 Teſſera * ſumitur, modò enim militare voca-
bulum eſt, & ſymbolum iſtud denotat, quod vi-
giliarum tempore militibus datur majoris ſe-
curitatis gratia. In militiâ aliæ quoq; erant teſ-
ſeræ, Profectionis ſc teſſera. *VEGET. libr. 2. c. 9.*
Teſſera prælii *ID. libr. 3. c* 5. teſſera prandendi. *LIV.
libr. 9.* Teſſera evocandi milites ex hybernis.
AMMIAN. 9. Signum quoq; frumentarium de-
notat, quo quis exhibito certam frumenti ſum-
mam accipiebat ab Annonæ Præfecto. Hinc
Juvenal. *Sat. 7.*

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti

Dabantur autem Romæ aliquando Nummariæ, Oleariæ, cœnariæ, quæ si exhibebantur populus accipiebat nummos, oleum, cœnam. Nam antiqui moris erat tesseram dare hospitibus, dimidiatam, quam quicunq; attulisset ad hospitem, continuò agnosci possit, & hospitio accipi tanquam amicus & vetus hospes. Hoc autem jus Necessitudinis ad posteros transibat; propter ea tesseram hospitalem diligenter observabant. *PLAUT. in Pæn. act. 5. scen. 1.* DEUM hospitalem & tesseram mecum fero. Quia jus hospitii violabat, is tesseram hospitalem confregisse dicebatur. *ID. in Cistellar. Act. 3 scen. 1.*

Abi, quære ubi jure jurando tuo satis sit subsidii
Hic apud nos jam Alcesimarrhe confregisti tesseram.

Vid. *BUD. annot. ad l. solet §. quantum ad exenia pertinet ff. de officio Procons. p. m. 372.* In nostro sensu autem tessera nihil aliud quam instrumentum ludendi, ad quod meritò refertur fritillus. Est
79 autem fritillus * (der Trichter) vasculum quoddam ligneum oblongum, turris instar, per quod tesseræ ita volutantur, ut incerto quasi jactu pecuniam vel aliud quid infra in tabulam positam tangant. Periculosum enim interdum foret, nonnullorum ludentium manibus talos committere; De quibus Poeta ille ingeniosus Bilbilensis *libr. 14. Epigr. 16. ita;*

Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me misit, nil nisi vota facit.

Fritillum itaq; hunc invenerunt, ne collusores simplici tesserarum ex manu colludentis circum venirentur. Germ. durch den Trichter spielen. Unde nomen habeat vid. *apud SENFFLEBIUM c II.*
80 *de tesseris* simile * vid. apud *GERLACHIUM in sua I. Cent. Apophthegm.* 76. Einen Spieler vergleichen die Würffel denen Pillulen / die man zum purgieren gebrauchet; Denn gleichwie man mit einen geringen Gewicht oder etliche wenig oder mehr als zu viel aus den Leib ausführen kan: also wird offt manchen mit 2. oder 3. Würffeln ein grosser voller Beutel fein sauber ausgeleeret/ und noch darüber grosses Unheil gestifftet. De Poloniæ Principe CASIMIRO legimus, postquam ille â Ministro suo aulico JOHANNE COVARIO magnam pecuniæ summam tesseris lucratus fuerat, COVARIUS vero impatiens ferre hoc non poterat, sed alapam Principi impingebat, qui ex fugâ præhensus ceu Criminis læsæ Majestatis reus accusabatur. Princeps eum ipse defendebat dicens: Ego magis Reus sum, qui status mei oblitus fui, desistere debuissem ab ejusmodi ludo illicito. Condonado ipsi non solum, verum etiam accepta injuria mihi sit imposterum admonitio, ut abstineam ab ejusmodi indecentibus rebus *ZINKGR. p.* 380. Hinc & Dd. bene concludunt â primo ad ultimum, quos inter & *HOSTI-*
81. *ENS. in * sua aurea summa sub tit. de Excessib. Prel. circa fin.* ubi inter alia; postquam enumerarit, mala quæ proveniunt ex ludo taxillorum, dicit, *quod de ludo veniat ad verba, de verbis ad verbera, ac*

 ver-

verberibus ad vulnera, de vulneribus ad homicidia, & sic à primo ad ultimũ de ludo venitur ad homicidiũ. Ergo talis ludus noxius est vitandus, quia vidi multos perditos, & ex divitibus pauperes effectos per talem ludum, & tandem vitam miserabiliter finiisse. Uno verbo: Ex hac ludo tot naſcũtur crimina, quot ſunt in taxillis puncta, ſecundum *ANTON. FLORENTIUM.* Hinc probe monemur, ad fugiendum iſtum ludum notis verſiculis:

Ludens taxillis bene reſpice quod ſit in illis
Spes tua, mors tua, ſors tua, res tua pendet in illis.

Et *OVID. libr.3. de arte Amandi.*

Tunc ſumus incauti, ſtudioq; aperimus ab ipſo
Nudaq; per luſus pectora noſtra patent.
Ira ſubit, deforme malum, lucriq; cupido
Jurgiaq;, & rixa, ſolicitusq; dolor.
Crimina dicuntur, reſonat clamoribus ather:
Invocat iratos, & ſibi quisq; Deos.
Nulla fides tabulis qua non per vita petuntur
Et lacrimis vidi ſape madere genas,

Capitaneus Firmicus de Hippi ſolitus ita dicere fuit, inventorem teſſerarum meruiſſe ſex tuplex patibulum, primum pro ſe, alterum pro ſodalibus, tertium pro ludentibus (4.) pro ſpectatoribus (5.) pro informatore, qui alios erudit, ſextum & ultimum pro iſtis, qui ſtatim ab initio è rep. non ſuſtulerunt:

Aleatorum ſpem & animum *JUVENALIS Satyr. 1. v.88. ita depingit:*

Et quando uberior vitiorum copia? quando
Major avaritia patuit ſinus? alea quando

Hos

Hos animos? neq; enim loculis comitantibus itur
Ad casum tabula, posita sed luditur arca.

Hinc etiam ortum aleatorum proverbium: ibi quærendam esse togam, ubi amiseris: Wagen gewinnet / Wagen verleuret. Vel crumenæ in ludo impetuntur non jugula. Ast certè plerisq; crumena est pro jugulo, pecunia pro sanguine ac spiritu, velut istis Caribus, quorum vitæ contemtus instrumentum est regibus ad exercendos suos furores. STRABO libr. 14. scribit, Cares tota quondam errasse Græcia, passimq; stipendia meruisse. Unde & hic sumimus pro venalibus & animæ suæ contemtoribus, qui vili lucello vitam vendunt. Vide proverbium. In Care periculum. Pœnam chartarum & tesserarum vid. in jure Sax. sub rubr. Topler und Spieler in duplo, si nimirum ludentes hospiti prohibenti parere detrectent, verba: Wo auch nur Gesellschafft ꝛc.

Dantur aliàs plures alii ludi â cœcâ fortunâ promanantes, quos hîc proferre nec lubet nec licet, sed quærantur illi, qui in hac palæstra obtinent imperium.

§. 20.

Convertimus nos ad *tertiam Classem*, quæ agit de ludis mixtis id est de illis, qui partim ab arte, partim vero â fortunâ proficiscuntur, ut Lortsche der Buff / contra Buff / Regal Buff / Dickdack /
82. Verkehren / (* quem lusum egregie descripsit CAROLUS LEUSENERUS Misnensis) & quæ sunt similia, quæ quamvis aliquo modo ab ingenio orian-

riantur, nihilo secius tamen â jure prohibentur, & qui contra agunt arbitrarie, vel pœnâ carceris vel pecuniaria hodiè puniuntur. Vid. *Dn. BECHM in OBSERVAT. PRACT. MANUSCRIPTIS de aleat.* ubi tamen aliquam addit limitationem, quod scil. hæc quæ hactenus de ludis illicitis dicta sunt, cũ grano salis percipi debeant, ludus enim qualis etiam sit, modo fiat ob recreationem & convivium, aut ubi modica saltim perditur summa, sit licitus, si rarò fiat, hinc in præjudicio ICtorum Lipsiensium, ibi allegato additur des verbothenen hohen Spiels wegen Mens. April. 1638. *Menocb. c. 399. n. 91.*

Hinc *Ludant & pueri ludant juvenesq́, senesq́,*
Ingenium gravitas, cani prudentia, ludus
Deniq́, mortalis, solâ virtute remota
Quid nisi nugatrix & vana est fabula vita.

Vid. Emb. 12. DIONISII Lebei-Batillii qui eruditè pro more suo vitam hominis cum ludo tesserarum comparat. Plura lectu dignissima ad hanc nostram materiam solidè deduxit Dom. *GEORG. MARSMANN.* J.U.D. & Reip. nostræ Budissinensis Syndicus meritissimus in suo qui eleganti tractatu, quem Metrologiam & Miliologiam inscripsit *libr. 2. p. 35. & seqq.* ubi pluribus nervose hanc materiam cũ explicatione antiqua prosequitur, quem evolvas. Consule & de ludis *ANTIQUITATES ROSINI libr. 5.*

CAPUT III.
DE CAUSA EFFICIENTE.

1. *Obsamem lydi ludi invenerunt teste Herodoto.*
2. *βωκυλιασαὶ quinam?*
3. *Aleæ originationes recensentur.*
4. *Hunni sine legibus viventes solius aleæ legibus obediunt,*
5. *Causa efficiens sunt ludentes.*
6. *Cato illico pueris alearum lusum interdixit.*
7. *Natura omnes non possunt ludere ut ob ætatem, ob carentiam mentis.*
8. *Furiosus & demens inter se differunt.*
9. *Mutus & surdus ludere potest.*
10. *Recensetur Exemplum.*
11. *Quidam lege probibentur.*
12. *Furiosus & ebrius inter se comparantur.*
13. *Prodigus quis?*
14. *Inscribuntur plures personæ quæ ludere non possunt in seqq. §§.*
15. *Prodigus agit contra seipsum & Remp.*
16. *Filius fam. exheredari potest si se copulaverit iis, qui patrem molestia affecerunt, quiq; tesseris & aleæ lusu dediti.*
17. *Aleator nihil aliud, quam* ein Spitzbube.
18. *Aleatoriæ artis descriptio.*
19. *Cobilon legatus duces & seniores Corinthiorum inveniens in alea ludentes, infecto negotio rediit.*
20. *Illius causa.*
21. *Alea nihil virtutis in se habet.*
22. *Taciti locus, de veterum Germanorum ludendi cupiditate.*
23. *Harsdörfferus ob Exemplum allegatur.*
24. *Carolus Francorum Rex, anno 1369. omnes ludos sub pœnâ probibuit.*

25. *Ludos sagittariorum instituit.*
26. *Caligula aleator notatur.*
27. *Campanellæ consilium de legatis ad ludendum invitandis.*
28. *Duo exempla proponuntur.*
29. *Num literati ludere possint.*

§. 1.

ORigo ludorum, ut supra meminimus Lydis communiter adscribitur. Narrat enim
1. HERODOTUS * *libr.* 5. grassante aliquando annonæ difficultate per universam Lydiam, Lydios multa remedia quæsivisse huic malo, inventumq; tunc ab iis aleæ, tesserarum, pilæ ludum, aliaq; ludorum genera, præterquam talorum: quam tamen inventionem Lydi sibi non vendicent. Porrò ad famem repellendam altera dierum in totum lusibus occupabantur, ne videlicet ciborum quærendorum solicitudine distorquerentur; altera vero â lusibus abstinentes poscebantur; dum enim quis studio ludi detinetur, furtim atq; pedetentim tempus labitur, ut non de cibo cogitet. Et notat DIONYS. HALICARNASS. *libr.* 2. ALEX. *ab* ALEX. *libr.* 3. *Gen. dier. c.* 21. & 25. Lydos miseriam famis per integros octodecim annos ludis sustulisse. Quod nos in medio relinquimus, contenti monuisse diversa diversis populis ludorum genera inveniri potuisse. Cæterum ex SCALIGERO *libr.* 1. *Poet. c.* 4. *p.* 17. ac BECM. de origin. Lat. lingv. in voce ludus p. 632. docemur, certos homines Provincias circumivisse, & cer-

2. & certasse in Italia. Qui se βωμολιαστάς * atq; alio nomine λυδιαστάς prædicarunt. Hinc Ludionum vocem perpetuam Latinitati mansisse, differentiæq; causa Ludius non Lydius scribi ajunt. Refer hûc *POLYD. VIRG. libr. 2. de rer. Invent. c. 13. p. 121. MATTH. MARTIN. Lexic. Philolog. voce ludus.* A-
3. lii * ludum & in specie aleam Asiaticis populis adjudicant, quam exciso Asiæ regno inter eversæ urbis manubias variâ sub specie migrasse ad Græcos scribunt. Hinc tesseræ, calculi, tricolus, lenio, monarchus, orbiculi, thaliorchus, vulpes, præterea octocedron, duodecacedron, quibus nonnihil divinationis inesse putatur. Sunt & qui dicunt ATTALUM Asiaticum artem hanc invenisse, & ab artificio numerandi excogitasse: è Romanis vero memoriæ proditum est, CLAUDIANUM Imperatorem de illâ librum composuisse, cujus ipse, atq; ante eũ AUGUSTUS CÆSAR, ambo studiosissimi, cupidissimiq; extiterunt. Alii antiquitatem aleæ in specie conscribunt militi cuidam Trojano, Alea dicto, ut testatur Constitutio Græca, quæ ante Romam conditam fuisse traditur: imò, ut refert, Ugutio, fuit tempore belli Trojani. Quid vero de bello Trojano & Trojâ in illo bello capta statuendum, vid. M. EBERHARDUM RUDOLPHUM ROTHIUM *in sua Exercit. Histor. de bello Trojano*, in quâ contra omnes ferè Historicos ostendit, Trojam in illo bello, quod decennale putatur, minime â Græcis flammis, ruinisve deletam fuisse. Cæterum DANHAUERUS *in suâ praxi criminali c. 126. n. 20.*

refert, capitulum 34. Exodi loqui ſed hoc ludi genere, nempe de aleâ, quando dicitur, ſedit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere, qui ibi cum aliis legi poteſt. Et *AMBROSIUS cap.* 3. *de TOBIA* ludendi inſaniam Hunnis exprobrat: ferunt, inquiens, Hunnos, cum ſine legibus vivant, aleæ ſolius legibus * obedire, in
4. procinctu ludere, teſſeras ſimul & arma portare, & plures ſuis, quam hoſtilibus ictibus interire: in victoria ſua captivos fieri, & ſpolia ſuorum perpeti, quæ pati ab hoſte nequiverunt. Et paucis interjectis: Frequenter autem tanto ardore rapi, ut cum ea, quæ ſola magna æſtimant, arma, victus tradiderit, ad unum aleæ jactum vitam ſuam poteſtati vel victoris vel fœneratoris addicant.

§. 2.

Cauſa igitur Efficiens ludorum ſive inveniendo-
5. rum ſive inventorum ſunt perſonæ ludentes * idoneæ, de quibus poſt definitionem ac diviſionem juſtè agimus, monente ipſo *JUSTINIANO in* §. *fin. Inſt. de I.N.G & C.* parum enim eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa jus conſtitutum eſt, ignorentur. Videamus ergò perſonas ad ludũ habiles, quia non promiſcuè, uti ſupra innuimus, admitti debent omnes ad ludendum, qui enim ludit, alienat aliquam rem, quæ regulariter requirit conſenſum, & liberam alienandi poteſtatem, & qui non conſentire aut alienare poteſt, â ludis arcetur. Poſſunt autem quidam non conſentire vel â Naturâ vel â lege,

Na-

§. 3.

6, Naturâ non possunt * ob defectum aliquem, qui adhæret vel ætati, vel animo.

§. 4.

Ætati; ut infantes sive septennio minores, qui nec se naturaliter nec alium sibi civiliter obligant, ne quidẽ cum tutoris autoritate §. 10. *Instit. de in utilib. stipul.* Dn. STRUV. *Exerc.* 6. §. 39. comparatur enim infans cum furioso, quia nullum habet intellectum, ac neq; scire neq; decernere potest *l.* 9. *de acquir. hered.* multò minus intelligit, quod agit *l.* 6. *rem pupilli vel adolesc. salv. fore.* Et non solum non admittendi sunt ad ludos, verum etiã planè arcendos in tenellâ ætate ab aleis, utpote ludis Reip. perniciosissimis; uti videmus in cen-

7. sorio CATONE * qui pueris illicò alearum usum interdixit, quidvis potius illis permittens, ac trochorum lusum prius commendans, ut tali initio â malo seminario sese temperarent: sperans ipsos tanto fore in senectute â corruptis moribus alieniores, si juventutem aleis nunquam contaminassent.

§. 5.

Animo; qualis continuo furiosus, quia sivè promittat, sive stipuletur, nihil eum agere naturâ, manifestum est *l.* 1. §. 12. *ff. de O. & A.* illius enim est animus nullus seu voluntas *l.* 25. *ff. de fide jussor.* nullusq; consensus *l.* 2. *C. de contrah. emt.* *l.* 8. §. *unius ff. de opt.* quapropter & semper pro absente, quiescente, dormiente & ignorante habetur *l.* 134 *de R. I.* Qui autem certa habet intervalla, & quid

inter illa gesserit, id habetur ratum, nec ullum negotium antea ritè rectéq; factum, ita etiam ludus, a furore deinceps superveniente scinditur *l. 2. C. de contrab. emt. §. 1. Instit. quibus non est permiss fac. testam.* Et quod dictum de furioso, observetur etiam in mente captis, fatuis, & cæteris, in quibus mentis sanitas desideratur, quia dementes æq; ac furiosi mente carent, nam differunt adeò, quod
8. sc. furiosus * dicatur, qui animi rabie vexatur, demens verò qui placidus est, & non tumultua-
9. tur. Huc etiam referimus mutum * & surdum, qui sc. mentem suam per signa & literas exprimere, & aliàs quid alii velint, eodem modo satis intelligere potest. Cum enim tales personæ rectè paciscì & adoptare possint, *l. 4. §. 1. de pact. l. 48. de O & A. l. 65. §. 3. ad Sctum Trebell. l. 9. de adopt.* STRUV. *Exerc. 6. §. 36* cur non & cum amicis & a-
10. liis honestè & licitè ludere? Et recenset * CAMER. *in bor. succis. cent. 1. c. 37. p. m.* 171. Extitisse adolescentem mutum & surdum, qui in omnibus aleæ lusibus, quæ apud nos usitati sunt, & non sine accuratâ ratiocinatione perfici possunt, excelluerit.

§. 6.

11. Lege etiam aliqui prohibentur, & hæc fit * vel ob malos mores, vel ob defectum aliquem Judicii.

§. 7.

Propter malos mores sunt, qui prohibentur, prodigi, quibus bonis est interdictum; moraliter enim illis deest consensus *l. 40. de R. l.* & passim

in

in jure furiosis æquiparatur, *l.1 ff. de Curat. furios. l.7. §.11. cum seq. ff. ex quibus caus. in poss. eatur*, nam ut illi sana mens, ita huic sani desunt mores *l. 1. de*
12. *cur. furios.* Et sunt vas * magnum sine fundo, ingens arca sine sera, promtuarium amplum sine custodibus. Hi cum Sixto Pontifice ad insaniam utq; profusi, quicquid lucrantur, perdunt: quicquid patrimonii possident, dilapidant. Non
13. inconcinnè quoq; hûc referimus extreme * ebrium, qui præ dolore capitis nec oculorum nec aurium officio potest fungi, & rectè sic assimilamus furioso ebrium, qui rationis usu privatus *argt. c. 14. de vitâ & honestate Cler.* STRUV. *Exerc.* 6. §. 37.

§. 8.

14. Ob defectum Judicii * Pupilli & minores *l. 3. C. de restit. in integr.* uti & hoc confirmat *ord. Polit. Ducat. Luneburg. c.* 40. Wir statuiren und ordnen: gleichwohl aus bewegenden Ursachen / daß alle ludi fortunæ und mixti als da sind Brett- und Karten-Spiele / und dergleichen keinen unter 20 Jahren zuverstatten *cit. HAHN. in not. ad Wes. tit. de aleat.* & si quis reperiatur cum Pupillo lusurus, ab eoq; aliquid lucratur, tunc tenetur illud restituere *l. 7. § 6. ff de min.* nec habet, quod de injuriâ sibi illatâ conqueri possit, quia quis in suum damnum consensit, cum pupillus nec velle nec nolle in suâ ætate habere credatur *l. 189. de R. I.* Eadem quoq; ratio obtinet in minore, quod sat clare ex ll. perspicere est *ut l. 3. C. de in integr. restitut. min. l. 1. in fin. ff. de min. l. fin. C. de legit. tutor.* Ubi hæc

 adden-

addenda ratio, quod minoribus in damnis ſubvenire, non in rebus proſperè geſtis obeſſe conveniat, & ſi non ſolverit, habet Exceptionem; aut, ſi ſolverit, auxilio reſtitutionis habet repetitionem, infirmum enim eſt hujus ætatis conſilium *l* 1. *ff. de min.* multis captionibus ſuppoſitum, multorumq; inſidiis expoſitum, ut *ibid.* ULPIAN. ait. Et qui ejusmodi ſimplices ac in cautos juvenes ſuaſionibus, blanditiis, malitiis ac ſimilibus illecebris ad alearum frequentationem pertrahunt, ii non ut aleatores ſimplices, de quibus *infra* §. 12. *h.c.* ſed multò gravius plectendi ſunt ad arbitrium Judicis ob illatum offendiculum & læſam alterius innocentiam. Hinc monet D. CYRILLUS, juvenes, ut bonis moribus ſe informent abſtinentes â pravis, maximè ludis: quia

quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu:

Et quod novæ chartæ inſcribitur, non facilè inde delebitur.

§. 9.

Ob defectum Judicii, & quod ſub mariti poteſtate dependeat, & non ſit ſui juris, uxor ludere non valet marito nolente, quod ſtatim apparet ex ipsâ definitione, quam *ſupra c.* 2. §. 1 præmiſimus, atq; diximus eſſe actum jucundum, quo ex conventione &c. quæ conventio naturam contractûs in latiori ſignificatu ſumti, ſapit, notumq; eſt, uxorem jure Sax. non obligari poſſe, etiamſi obligationem multoties, etiam poſt biennium repetierit, per ea, quæ habet Dominus PHILIPPI

in dec.

in dec. Elector.25.observ.1. & ratio est in promtu, ne in opiâ consilii circumventa lædatur. *CONSTIT. ELECTOR. 15. p. 2. verb.* damit Sie aus Mangel gutes Raths und Bedachts nicht übereilet &c. Quod etiam antea provisum est in LandR. *libr. 1. art. 44. & 46. ubi Gloss. n. 2. libr. 2. art. 63. & Gloss. in art. 30. n. 4. libr. 3.* Et sic uxori ludus interdicitur, si ob pecuniam fiat: & si ludat, & perdat, potest maritus repetere, ad quem uxoris bonorum administratio pertinet, quemadmodum & de cæteris, qui non habent bonorum suorum administrationem, voluerunt *Can. c. clerici de vita & honest. cler.* quibus adde, quod scribit *BALDUS in rubr. C. de condict. ob turp. causam per l. servus C. de condit.* ubi quis, qui in ludo scienter lucratur pecuniam servi aut alterius, qui non sit sui juris, furtum committit, furtiq; tenetur. Sciendum autem hic est mulierem habere triplicia bona, vel dotalia vel Paraphernalia vel Receptitia. *BACHOV. ad Treutl. vol. 2. disp. 7. th. 9. lit. b. vers. an fructus bonorum Paraphernalium. MYNSING. cent. 3. observ. 33. GAIL. libr. 2. observ. 82. n. 5.* In prioribus duabus speciebus uxor non habet plenam administrationem, dum pene maritum sit Dominium. De bonis vero receptiis indistincte & sine consensu mariti ludere potest, quia eorum custodia & administratio non spectat ita ad maritum, neq; ille fructus & reditus ex iis in usum convertere potest communem *l. 8. C. de revocand. donat. l. 9. §. fin. ff. de jur. dot.* Sed mulierem aptum ludi subjectum constituere, intelligi optamus de ludo licito, non

illi-

illicito, sive tunc de jure civili vel Saxon. consentiret maritus, nihilo tamen secius illius consensus licitum ludum efficere posset, quia lex semel ita lata; & pacta privatorum contra ll. non admittuntur *l. non dubium C. de legib.* Et quod de uxore diximus, item & de virgine affirmandum esse putamus, quicquid etiam in contrarium statuat *KORNMANN. in suo Tr. de virgin. c. 15.*

§. 11.

Ad maritum nunc nos accessum facimus, quærentes; *Num se ludo recreare valeat?* Et respondemus quod sic, quia quilibet licitè ludere potest, qui habet rerum suarum liberam administrationem ità, ut alterius consensu non indigeat, quoniam id, quod in ludo ponitur, alienationem aliquam sapit. Hinc recte dicimus, maritum ludere posse, quia est sui Dominus, liberamq; administrationem habet, non tamen indistinctè hoc volumus, sed ut sui statûs rationem quoq; observet, divitiarumq;, ne illæ prodigalitate perdantur, quæ alendæ familiæ necessariæ sunt, si
15. enim hoc facit, tunc agit * contra Remp. non solum, verum etiam contra se ipsum, dum reip. intersit opulentos cives habere, quilibetq; paterfamilias suam curam domesticam ita instituere debet, ut regat & conservet eam, non vero perdat, & ad incitas redigat. Quapropter & ob ejusmodi ludendi prodigalitatem leges certæ â sacratissimo nostro Constituente ELECTORE SAX. cujus laus nomenq; vireat in æternum constitutæ sunt, quæ ejusmodi limitationes in se continēt,

quæ

quæ si observentur, nec ludens, neq; etiam respublica ullum damnum atq; incommodum prætendere poterit. Statim autem ac illæ transgrediuntur, damnum adest, atq; ludus avaritiæ ac spoliationis magis, quam recreationis ergò institutus censetur.

§. 12.

Nunc filii familiâs quoq; hic habenda est ratio, instituendumq; Examen, *num ludere possit?* quod partim affirmativam, partim vero negativam tenet sententiam, cum fortunæ illius sint inspiciendæ, quasnam habet in suâ manu; si habet peculium castrense vel quasi, cujus tam proprietas quàm usus fructus ad illum venit, & cujus ratione fruitur eo jure ac paterfam. *l. 6. ff. de injust. rupt. irrit. l. 2. ff. ad SCtum MACED.* tunc quoq; ludendi illi facultatem concedimus, quando autem nihil habet proprii, tunc non concedimus lusum, quia, ut sæpius diximus, per lusum alienantur res, quæ â filio tam non possunt, quia nullas possidet, alienari. Hinc *RITTERSHUs libr. 8. lect. sacrar. c. 5.* quem etiam citat in suâ disceptatio
16. ne de lusu aleæ *VOETIUS p. m.* 150. dicit, filium *â patre exhæredari posse, si copulaverit se iis, qui patrem molestiâ affecerunt, quiq; tesseris & aleæ lusu dediti: Imò & sacratissimus Imperator *JUSTINIANUS in sua Nov.* 115. exhæredationis causas expressit, quarum una est, si filius cum turpibus & infamibus fuerit versatus v. g. cum mimis & aleatoribus. Talem enim filium meritò quis indignum suâ successione judicat, nisi ipse similis

fit conditionis *l.11.C. de in offic.testam.* Mores enim quos in se probat, in liberis improbare non potest. Nil Judæus Judæo, nil Catilina Cethego. Facit *l. si duo 365. ff. de dolo.* Sed quærimus hic? *an aliquis possit se defendere, quod scil. nesciverit collusorem esse filium familiás?* Credimus quod non, quia quis debet esse certus de conditione ipsorum, cum quibus contrahit, *l.19. de R. I.* & scire, filium fam. non habere proprias pecunias. *PARIS DE PUTEO tr. de ludo n.3.* & talis homo, qui scivit esse filium fam. non solum ad restitutionem tenetur, verum etiam committit furtum. *ROLAND. à VALLE cons. 45 n.3.* Si vero consensu Patris luserit, â quo etiam pecuniam aliquam accepit, rectè ludit. vid. *LAYMAN. libr.2. Theol. moral. tr.4. c.20. n.5.*

§. 13.

Cæterum Clericis vix omnem ludum poterimus denegare, si in eo moderamine usi fuerint, quod Laicis præscriptum, & solum ob recreationem, vid. *CAPRA in suis reg. 86. n.40. ACTIUS de infirm. p.2. lit. A. verb. aleorum ludus, BALDUS in rubr. ff. de aleat. & in rubr. C. de condict. ob turp. caus.* præsertim vero hoc tempore, quo antiquorum canonum rigori consuetudine derogatur & in censuram non incidunt, nisi publicè ac assiduè cum offensione populi luserint *argt. c.11. de Excess. prel. gloss. in c.1.* Nec paratam mensam ludere volentibus habeant, nec ad ludum provocent. *PETR. GREGOR. in S. I. U. libr.39. c.3. n.14.* Desint enim rixæ, injuriæ, blasphemiæ, atq; è contrario

atdsi

adſit modica quantitas ex illorum bonis, tunc tam Clericis, quam Laicis non prohibitus cenſetur ludus *l. fin. C. h. t. ACCURS. in auth. interdicimus in verb. ad Tabulas C. de Epiſc. & Cleric.* Et *PARIS DE PUTEO* ita: *quod ludus, qui fit virtutis vel ingenii oſtendendi cauſa ſit permiſſus ne dũ Laicis, ſed etiã Clericis, dummodo non immiſceantur fraudes, vel non fiat voluptatis ergo.* Non obſt. *l. fin. C. de Epis. audientia. CYPRIAN.* Epiſcopus Carthaginenſis in ſuis operibus ideò Clericis ſub rubr. de aleatoribus aleæ ludum prohibet: *Dum abſurdum ſit, ut manus ad ſacrificium Dominicum admiſſa quæ ad laudem Domini in oraculo exſurgit, quæ ſignum crucis, per quod tuemur, frontibus imprimit, quæ divina ſacramenta conſumit iterum laqueis Diaboli implicetur, vid. plura apud ipſum.* Quæ ſententia nobis quoq; non obſtet, ſed mage ſententiam noſtram confirmat, utpote qui locuti fuerimus de ludo, non de aleâ, qui aleam diaboli venabulum, & delicti vulnus inſanabile vocat. Et ſic etiam explicandam eſſe *l. fin. C. de Epiſcopali aud.* quamvis enim Clericis quodcunq; aleæ genus aut ludus prohibeatur, illud tamen non ad licitum ludum ſive recreationem honeſtam eſt trahendum, ſed ad ludum illicitum, quod fit cum ſcandalo & omiſſione officii ſui peragendi.

§. 14.

Ad Nobilem â Clerico me confero, eidemq; ob Nobilitatem ceu rem minus dignam, ludum plane non denegamus, modo eo utatur, ut â Superiore, ſanctisq; ll. ei præſcriptum eſt, eaq; obſervet,

ſervet, quæ jus virtusq; obſervari ſuadent. Aliàs ſi metam transilit, aleatoremq; ſe exhibet, omninò aliquid committit, quod nobilitatem ſuam minimè ornet, wann ſich ein Edelmann immer mit Würffeln und Karten trägt / und andere zu ſpielen anreitzet. Sciat enim prohibitum aleæ luſum *per l.1.C.de aleator. & alear.us.l.2.3. & l.in pr.ff de aleat.* nullamq; ullius hominis exceptionem admittunt. Nomen, imò & res ipſa contumeli-
17. oſa ſunt, dum aleator Germanicò nihil aliud ſit* quam ein Doppler / Spitzbube ꝛc. & ars aleatoria
18. eſt ars mendaciorum, perjuriorum * furtorum, litium, injuriarum, homicidiorumq; mater; verè malorum dæmonum inventum, imò ſecundum *HEINRIC. CORNELIUM AGRIPP. c.14.* eſt ars tota infamis, & omnium gentium legibus inter-
19. dicta, quin & *COBILON LACEDÆMONIUS* * jungendæ ſocietatis cauſa Corinthum Legatus miſſus, cum duces ac ſeniores Corinthiorum inveniſſet in aleâ ludentes, infecto negotio rediit, di-
20. cens, * *nolle ſe ſpartanorum Gloriam hâc infamiâ maculare, ut dicerentur cum aleatoribus ſocietatem contraxiſſe.* Ideò & ſecundum *AMMIAN. MARCELL. libr.18.c.22.p.399.* quidam fuerunt, qui pro aleatoribus Teſſerarii nominari voluerunt, ſed differentia forſan eadem fuit, quæ inter fures & latrones. Quomodo ergò tam fœda appellatio, tamq; turpis ſignificatio cum Nobilitate, virtutum propugnatrice convenire poterit? quò enim quis nobilior, eò ſit virtuoſi-
21. or. Et quia nihil virtutis alea * in ſe habet,

omni-

omninò Nobilis & Generosus ab eâ abstineat. Aleam autem nominamus, uti notum est ex præcedentibus, omnem ludum, leges & æquitatem transcendentem vid. plura apud *JOH. GEORG HANAU in suo tr. de Nobilitate quæst.* 172. qui hunc lusum in Galliâ mirum in modum invaluisse, insimulq; ibi *TACITUM de Germ. morib p.* 290. allegat' *aleam*, inquiens, *sobrii inter seria exercent Ger-*
22. *manis tantâ lucrandi * perdendive temeritate, ut cum omnia perdiderint, extremo ac novissimo jactu de libertate & de corpore contendant,* die alten Teutschen sollen also auff das Spielen erpicht gewesen seyn/daß wenn Sie alles verspielet / endlich die Freyheit daran gesetzet. Et hæc de veteribus nostris Germanis, quid de Nostratibus modernis? Ego hûc non apponam, Experientia, optima rerum Magistra, ipsa pro me verba faciat. Quam procul ab his distare eos, inquit, *G. DONALDSONUS SCOTO BRITANNUS in sua synopsi œconomica c.* 30, *p. m.* 270. qui in Galliâ, Britanniâ, & alibi, etiamnum hodie eo pertrahuntur pertinaci ac damnoso aleæ studio, ut amplissimas possessiones, fortunasq; omnes huic fortunæ ludo subjiciant, ut iis exuti aut servorum familiis, aut pontium gregibus accedant, ubi & fœminas animadvertas nobilitatis ostentatione, qua linguâ, qua calendica stipem tibi extorquentes. Admirandum Exemplum, non quidem de Germano sed Hispano' refert *HARS-*
23. *DÖRFER.* * in seinen grossen Schau-Platz lust und lehrreicher Geschicht rubr. der verzweifelnden

feinden Spieler. p.1.tit.25. quod hâc in parte meretur lectionem. De Rege Francorum CA-
24 ROLO VII. legimus, quod * anno 1369. omne genus ludorum prohibuit, veluti aleas, tabulas &c. quod nulli corporali exercitio conducit, nec ad suorum Nobilium palæstram exercendam est institutum, nec ad defensionem regni. Illis enim inertibus lusibus pœnam indixit 40. solidorum Parisiensium pro suo fisco, quoties reperti fuissent hujusmodi ludos tractasse. Verum, ut
25. ipsis utilius daretur ludendi Exercitium, ludos * *sagittariorum* ubiq; instituit, confirmavit, privilegiisq; nobilitavit. Hos sagittarios ob similem occasionem secuti sunt *Balistarii*, qui in bellis nunc
26 plurimum sunt usui. Hinc & in CALIGULÆ * summam ignominiam literarum monumentis consignatum est, quod decies centena millia aureorum in aleâ absumserit, uti hoc legere est apud *ZONARUM in Caligulâ*. Pro arcano Politico
27. *THOMAS CAMPANELLA* * in suis nefariis consiliis *c.17.p.m.73.* inducit ad ludendum Legatos hocce modo; *invitandi sunt,* inquit, *Ambassiadores (Legati) ne animum dent rebus publicis; subditi namq; ludant armis atq; artibus, Extranei vero taxillis.* Illustre exemplum de ALEXANDRO primo Florentinorum Duce. extat. apud JOH. BAPT. CINUM. libr.1. de vitâ Cosmi, * qui qvum ludis ac omni popularitate omnes, in amorem sui rapuisset, non anxium tantum sui mortuus reliquit desiderium, sed eorundem quoq; animis â reducenda libertate abductis, tutũ filio reliquit principa-

cipa-

cipatum. Aliud superiore ætate PHILIPPUS II. Hisp. Rex è festivitate ista ludorum commodum percepit, qui Cardinalem Riarium â Pontifice ad se ablegatum, in itinere per præfectos suos magnificè excepit, ludisq; & spectaculorum varietate tamdiu detinuit, donec ALBÆ DUX Lusitaniæ regnum, de cujus successione tum inter quosdam controversa Pontifex sibi cognitionem arrogaverat, subegisset. HIER. CONNESTAG. de *Conjunct. Portugal. cum Castiliâ libr. IV.* Hodie & hoc in usu esse dicitur, ut qui Patronum quærat, ludendo eum capiat, ita ut nunquam vincat, semper tamen pecuniam perdat, quæ pecunia amissa novo Patrono loco donationis sit.

§. 15.

Cum jam in præcedentibus specialiter pluribus diximus, quinam validè possint ludere vel non, jam generalia quædam ex dd. adducimus, quando quærunt; *Num etiam literati* * die Gelehrten *ludere possint?* â parte Negantium stat JOH. CONCENNAT. *variar. quæst. libr* 4. c. 6. & quidem ex hâc ratione, quia finis ludi semper debet esse delectatio & recreatio, quæ apud viros literatos ex honestis colloquiis amicorum certior & honestior promanare potest. Hinc etiam & SENECÆ *Epist.* 86. pro argumento apponunt, qui dicit, otium sine literis mortem esse, viviq; hominis sepulturam. Sed nos facimus cum Philosopho 4. *Ethicor. existente autem requie, & in vitâ, & in hâc conversatione, quæ est cum ludo, oportet, quod circa hoc sit quædam collocutio consona, & quidam convictus, ut homo*

homo dicat & faciat, qualia ad jucunditatem oportet facere & dicere. Et *ALBERTUS in commento: Omni studioso ludus necessarius est, ne sibi mens efficiatur inutilis. Si enim semper intendit studio, & animum vehementer applicet, ad aliquid dicendum vel faciendum, pro certo Spiritus resolvitur, & resoluto spiritu & motus animales, & membrorum actus destituuntur. Et destitutis membris, etiam virtutis studium annihilatur.* Et sic recte literatis ludendi facultatem concedimus, modo observent ea quæ nos observari in §. 5 quæstionis præjudic.&alibi ex jure tradidimus recteq; posuimus, ludum non lucri sed recreationis causa compositum esse debere, quâ recreatione & viri docti omnino frui possunt.

CAPUT IV.

DE MATERIA.

1. *Circa materiam ludendi observandum objectum pecunia sc.& pecuniæ postea summa.*
2. *Sit in nostro patrimonio.*
3. *Pecunia b. l. generalissime sumitur.*
4. *Summa ludi in jure civili est solidus.*
5. *Solidus quid.*
6. *Quare summa in ludo determinata.*
7. *Prodigus qualis.*
8. *Strenuus lusor pro prodigo est habendus.*

§. 1.

1 Circa materiam duo * occurrere videmus, quæ hîc commode possunt tractari. Alterum

rum eſt res illa ſive objectum, de quo ludimus, pecunia ſcilicet, alterum vero pecuniæ ſumma, quæ in ludum deducitur.

§. 2.

Materia, ſive objectum, de quo fit ludus, reperi-
2. atur * in noſtro patrimonio, ſimulq; ſit in ſtatu poſſibilium: Sunt autem res naturaliter vel moraliter poſſibiles. Naturaliter, quæ fieri poſſunt; nam impoſſibilium nulla eſt obligatio *l.* 185. *de R.I.* Moraliter, ut ſint honeſtæ, nam ſi res erit illicita, etiam ipſe ludus erit illicitus.

§. 3

3. Per pecuniæ autem * appellationem h.l. intelligimus non pecuniam ſtrictè ſic dictam, ſed omnem rem; nam in jure triplici modo ſumitur. Primò generaliſſime, quo refertur ad ea omnia, quæ ſunt in patrimonio *l. rei 5 ff. l.* 178. *l.* 222. *de V. S.* (2.) aliquando anguſtius capitur, ut eas duntaxat res contineat, quas *PAULUS l.* 2. §. 1. *ſi cert. pet.* in ſuo genere ait recipere functionem. Deniq; ſumitur ſtrictè, pro pecuniâ numeratâ, de quâ ſunt ubivis exempla obvia. *VULTEJ. in comment Inſtit. de loc. cond. n.* 20. Hoc loco ad noſtram ſententiam amplectimur primam ſignificationẽ, quæ etiam erit apta atq; congrua, cum interdum non ſolum pro pecuniâ ſtrictè ſic dicta ludimus, verum etiam pro aliis rebus, ut quando præmium ad curſus equorum proponitur, ut veſtis vel pallium. *PARIS DE PUTEO in ſuo Tr. de ludo n.* 6 *vid. infra* §. 4. *in fin. cap.* 6.

§. 4.

4. Quando autem pro pecuniâ ludimus, summa * jure civili non debet excedere solidum *l. alearum usus C. de aleat.* jure Sax. vero minus licet in ludo perdere, uti videre ex *Ord. Polit. de anno* 1612. vom Spiel/ & repetitâ ejus nuperrima confirmatione, quam supra in quaestione praejudiciali allegavimus. Si in majore quantitate lusum est, tunc ludus videtur potius factus avaritiae & spoliationis gratia, quam ob aliquod delectamentum, & hoc est non tantum contra Jus naturae, quia sic quis cum alterius damno locupletatur. JOH. AQUILA *de omni lud. genere l.* 206. *de R. I.* verum etiam contra jus divinum, quod labore non lusionibus, aut aliis illicitis artibus victum parare praecipit. *Gen.* 1. *vers.* 19. *Psal.* 128. *v.* 2. Contra hos meritò quoq; armatur Jus Civile *tot. tit. ff. & C. de Aleat.* Et *SENECA de aleat.* ita; *quantò quis,* ait, *in arte hâc melior, tanto etiam nequior,* & sic recte illorum nomen pro infami est habendum *l. fin.* §. 2. *de Aleat.* Quapropter caveat lusurus, ne â lege juste praescriptam excedat summam.

§. 5.

Itaq; de jure quidem civili summa in lusu non sit
5. ultra solidum; solidus autem * pro aureo sumitur. *ALCIATO* videtur, aureum quô hodiè utimur ex generali omnium populorum consuetudine esse veteri illi subrogatum, & ideò quae de solido in jure civili posita sunt, ad nostrum hunc quamvis levioris sit ponderis, referenda. *BECHMANN. in suo comment. ad ff. p.* 2. *Exerc.* 6. *observ. pr. n.* 16 dicit

dicit solidum denotare Ducatum sive duos Thaleros, simulq; refert in Scab-Lips. æstimari tantum 40. grossos, quorum 24. apud nos computantur in Thalerum. *CARPZ. p. 2. const. 12. def. 12.* Interdum & in jure Saxonico per solidum intelligitur ein Schilling continens nummos sedecim, ita ut triginta solidi duas sexagenas antiquas reddant. Et hæc mulcta 30 solidorum concernit vindictam Magistratus quæ interesse partis non consumit. *CARPZ. p. 4. c. 37. def. 1. & 2.* Re-
6. ctissimè autem Serenissimus * noster Constituens SAXO certam pecuniæ summam in suâ ordinatione politicâ indicavit, quò nimirum quilibet secundum statum suum animi recreationem habeat, quam etiam transcendere nemo potest, nisi titulo aleatoris prodigiq; insigniri velit, qui â *CICERONE 1. officior.* ita depingitur: *quod sit,*
7. *qui epulis * & viscerationibus, & gladiorum muneribus, ludorum, venationumq; apparatu pecuniam profundit in eas res, quarum memoriam aut nullam aut omninò brevem sunt relictura.* Hinc commodè & ejusmo-
8. di strenuus * lusor pro prodigo, imò plane pro furioso est habendus, quid enim aliud est insanire, quam rem tuam per flagitium confringere; è mediis divitiis evolare ad egestatem; in ipsa inopia esse luxuriosum; in luxuriâ audacem; in audaciâ sacerrimum; in mediâ desperatione spei immodicum; ab omni spe, ab omni virtute derelictum omnibus vitiis coopertum; in omni flagitiosæ conscientiæ dedecore volutatum, uti ita loquitur CAROL. PASCHAL. *de virtut. &*

in. c. 54. evolve ad hanc explicationem *l.* 1. *c. de aleat.* MENOCH. 1. *de præsumtion.* 7. *n.* 36. *seqq.* Omninò enim Reip. intereſt, ne quis malè re ſuâ utatur. *l.* 2. *ff. de his, qui ſui & §. ult. Inſt. eod. ſupra c.* 3. §. 7.

CAPUT. V.

DE FORMA.

1. *Forma ludendi in quonam conſiſtat.*
2. *Accidentia non habent formas propriè ſic dictas.*
3. *Inſtrumenta ludendi ne ſint noxia.*
4. *Exemplum ſumitur à ponderibus.*
5. *Cruenta ſpectacula & quare prohibita.*
6. *Juſtinianus & Theodoſius Impp. ex ſuis dictis commendantur.*
7. *Vita ſine feſtivitatibus longa via ſine territorio.*
8. *Ludorum diviſio à tempore petita.*
9. *Triumphales quales?*
10. Das Vogel abſchieſſen *quid.*
11. *In menſe quis ludat ſemel.*
12. *An die Dominicâ ludere liceat?*
13. Das Schieſſen nach der Scheiben oder Klebwand an *die Dominica ſit admittendum.*
14. *Locus ludendi qualis.*

§. 1.

CUm in antecedentibus de perſonis adludendum capacibus & objecto ludi pro methodi noſtræ ratione egimus, ordo quoq; nunc mandat, de modo ſive forma utpote quæ eſſentiam rei dare dicitur *l.* 9. §. 3. *ff. ad exhibend.* paucis hinc agamus. For-

§. 2.

Formam ergò ludi ponimus in determinato ludendi modo, qui pro diversitate * ludendi varius est. Aliam namq; formam ludis inscribere vix valemus, cum * ipsi sint in accidentium classe; docemur enim ex Philosophiâ: Accidentia non habere formas propriè sic dictas, sed esse ipsas formas accidentales. Interim tamen illis formam assignamus in requisitis in illis accurate observandis. Determinatur ille modus (præter alia quæ ad justitiam ludorum internam *supra* §.5. *in quæstioni præjudic.* supposuimus, ut & honestas servetur, & verecundia castis moribus perseveret *argt.l.un.C.de Majum.*) potissimum instrumentis, tempore, loco, aliisq; circumstantiis ad justitiam etiam externam spectantibus, ratione boni publici legislatorum placitis.

1.

2.

§. 3.

Ratione Instrumentorum quoq; verum est, quod *supra* §. 14. *c.2.* meminimus, singulis fere civitatibus ac pagis singulare quid excogitatum vel receptum: Sortis tamen certificandæ potior usus
3. est talorum. Instrumenta vero * neq; noxia, nisi Aquiliæ pœnam sustinere *l.10.ff. ad L. Aquil.* neq; falsa esse debeant, nisi in crimen falsi incidere velimus, ideò ad fraudem in taxillis evitandam fritillus, de quo *supra* §.19.*c.2.* inventus dicitur, uti ISIODORUS *libr.18.c.62.* jactus dicit tesserarum ita à peritis aleatoribus componitur, ut afferat, quod voluerint; de hâc fallacia MARTIAL. *libr.14.Ep.16.*

Quærit compositos manus improba mittere talos,
Si per me misit, nil nisi vota facit.

4. Nam uti neq; ponderibus * atq; mensuris, ita
neq; falsis uti licebit taxillis. Gladiatorum ludos,
ac cruenta spectacula non immerito etiam
Christianismi veritate * perstrictus sustulit
5. *CONSTANTIN. M. in l.un. C. de gladiat. pen. tollend.* ubi
actor & reus paribus armis contendebant, ut si
de jure civili quæstio esset, prior succumbens, si
vero de criminali, prior occisus nocens judicaretur
c. 1. C. de purg. vulg. & quidem rectissime abolita
sunt, quia in otio civili, & pace domesticâ
cruenta spectacula non placent. Ob hanc causam
JUSTINIANUS * *in §. 1. auth. ut omnes pareant*
6. *judicibus*, dicit fortitudinem citra Justitiam non
esse laudabilem. Appellat autem fortitudinem
quæ cum virtute conjuncta est. Sic *THEODOSIUS*
Imperator *populo in Theatro petenti ab eo gladiatores*,
respondit, *pium Principem oportere non tantum
regnare, sed etiam spectare clementer.* Nec enim improbari
possunt in Principibus ejusmodi solennitates,
si voluptate concessa constent; & lætitiæ
magis quam lasciviæ dentur, ut illi censent apud
TACIT. libr. XIV. Annal. c. 21. *βίος γὰρ ἀνεόρταστος*
7. *μακρὴ ὁδὸς ἀπανδόκευτος* vita enim * sine festivitatibus
longa via est sine diversorio, Democritus
apud *STOBEUM serm. XVII.*

§. 4.

8. Quod tempus attinet, alii ludi olim erant stati *
sive ordinarii, alii non stati sive extraordinarii.
Apud Romanos, ejusmodi ludi vocabantur Triumpha-

9. umphales * qui post insignes victorias celebrabantur; ludi victoriæ in memoriam victoriarum C. Cæsaris AUGUSTI peracti; ut & ludi quinquennales instituti ab AUGUSTO, post devictum ANTONIUM. Vid. *Dn. STRUV. in sua dissert. de victoria & clade p. m. 125. §. 276.* Ad solennia moderna ordinaria & extraordinaria referimus & Ordines Equestres, ut est Ordo Spiritus S. Ordo Ensiferorum, Ordo Periscelidis, de quibus consule passim autores, de ordine Periscelidis oder von den Ritter-Ordnung St. Georgen/ und des Garters ex scriptis D. *BENJAMIN. LEUBERS* & aliis probatis viris edidit opusculum *D. JOH. CASPAR. HORN.* quod legi potest. Ceterum & plebiis consuetudine aliquot locorum stati quidam ludi certo anni tempore conceduntur: uti est das Vogel abschiessen/ qui & certorum temporum festivitates ac memoriæ superstitioso ludendi genere celebrant. Jure Sax. de-
10. bet quis semel * in mense ludere. *Ord. Pol. Nov. Sax. tit. 8. §. 2.* Sed hic quærimus; *an liceat diebus*
11. *feriatis sive Dominicis * ludere?* quod affirmamus, dummodo ludus per se sit licitus, neq; ad profanationem Sabbathi tendet; sed post sacra finita instituatur, etenim quieti ac lætitiæ publicæ hi dies non alieni, *argt. l. 3. C. de Episcop. audient.* Quod tamen iterum limitationem recipit necessariam in ludis ad illicitum facile degenerantibus, uti hi in honorem Numinis divini non admittantur sed potius prohibeantur. Examen quoq; insti-
12. tuimus, *an ars sagittaria * sive sclopetaria* Germ.

das

das schiessen nach der Scheiben oder Klebelwand *die Dominica sit admittenda?* Affirmativam tuetur Dn. *BECHMAN. in suo Comm. ad ff. in tit. de feriis*, fiat tamen post concionem vespertinam, Et hanc suam opinionem depromit *ex ord. Sax. Pol. Nov. tit. 2. sub rubr.* von Entheiligung und Feyerung des Sabbaths §. 4 *verb.* ob zwar auch das Schützen und Vogelschiessen wohl nachgelassen/ so soll doch solches entweder am hohen Festen und Sonntag gar nicht/ oder doch nicht eher angestellet werden es sey dann/ so wohl vor als nach Mittags der GOttes-Dienst verrichtet &c. Verum bimembrem Sacratissimus Saxo facit legem; ut aut planè non, aut saltim finitis sacris, fiat necessitate aliaq; ratione hoc urgente. Aliàs omnino melius est, ut exercitia ejusmodi ex DEI ter Opt. Max. præcepto *Exod. 20. v. 8 c. 24 v. 20. Levit. 23. v. 3* ad sequentem usq; diem differantur, diesq; totus DEO sanctus in perlegendis sacris habeatur. Nam magnum est peccatum, si ejusmodi sagittarius, dum sacra peraguntur, prophana meditetur, imò pro concione audienda sacra domi sæpissime sclopetum á ferrugine purgat, welcher vor eine Predigt zu Hauß das Rohr ausputzet. Ejusmodi Constitutionem promulgari jussit D. WILLHELMUS, DUX SAX. *de anno 1653. d. 16. Jul.* würden sich Comædianten oder andere Spieler und Fechter angeben/ die mögen zwar zugelassen werden/ jedoch durchaus nicht auff einen Sonntag.

§. 5.

Locum

14. Locum etiam, qualis * esse debeat, hîc annotamus. Ille autem sit talis, in quo honesta non seria tractare liceat. Non ergò religiosus vel sacer esse debet, non in templo, non Curiâ, Religiosorumve domiciliis tale quid temerè fiat. Si vero sunt, qui in tali loco prohibito luserint, tunc judicem admittimus Magistratum ordinarium, tanquã utriusq; tabulæ decalogi custodem. CAROLUS M. hasce literas, quod obiter, incisas habuit in suo gladio. D.P.C.A.D.C. hoc est decem Præceptorum custos â DEO constitutus. *D. FINK Cent. 3. can. Theolog. 68, p. 108.*

CAPUT VI.
DE FINE & EFFECTU.

1. *Finis ludi est animi recreatio.*
2. *Apud veteres horæ in duplici differentia, aut* ἰσημεριναὶ *aut* καιρικαί.
3. ζῆθι *quid.*
4. *Vivere quid apud veteres.*
5. *Licet ludere, quando â studiis aut negotiis sumus defessi.*
6. *Recensentur Exempla ex antiquitate, ubi dies, ludiq; ad hilaritatem instituti sunt.*
7. *Oblectationis ergò præmium sit propositum.*
8. *Aleator civiliter contrahere nequit in ludo.*
9. *Mutuum in ludo datum non repetitur.*
10. *Distinguitur.*
11. Auff die Kreiden Spiele *quid juris?*
12. *Lupini quinam.*
13. *Mutuum dans ignorans lusori, repetit illud.*

 14. *Sicq;*

14. *Secus si spectatorem egerit & sciverit.*
15. *Ludens confirmat obligationem juramento.*
16. *Confirmatur Responso juris.*
17. *Aliisq; Juris rationibus.*
18. *Non tamen ad se recipit pecuniam.*
19. *Ratio.*
20 *Neq; etiam victus recipit eam.*
21. *Sed in usum publicum impenditur.*
22 *Si victus nimirum fuerit locuples.*
23. *Nulla fide jussio in ludis admittitur.*
24 *Neq; Transactio.*
25. *Aleator non potest esse testis.*
26. *Recensentur alia pœnæ.*
27. *Susceptores quoq; puniuntur.*
28. *Ex edicto Pretoris.*
29. *Examinatur hujus Eidicti justitia.*
30. *Non possunt damnum passum repetere ob exceptionem.*
31. *Formula Exceptionis.*
32. *Formula Actionis ex L. diffamari.*
33. *Arbitraria pœna in receptatores.*
34. *Parentes & cognati non coguntur delinquentes indicere, neq; jurare.*
35. *Res Aleatorum furans non punitur.*
36. *Susceptor quis.*
37. *Domus aleatoris publicatur.*
38. *Ab usu cœnæ arcentur Aleatores.*
39. *Honesta sepultura privantur.*
40 *Dissolvant sponsalia.*
41. *Injuriatus remisisse injuriam præsumitur, cum luserit cum injuriante suo.*

Finis

§. 1.

1. FInis * ludi est animi recreatio, hominiq; rectè concessa, cui impossibile est semper concatenatis posse fungi laboribus, nisi quoq; illi pauxillum temporis ad recreationem detur; nullum enim corpus validum est, ubi languet animus. Unde apparet naturam ad conservationem humanam delectationem requirere, quæ in mediocritate consistat, ne quis copiosior laboribus, jocus abundantior severis functionibus, aliàs ex quiete illa orietur otium, quod vitium. Quod probe pensitavit JACOBUS I. Rex Angliæ Scotiæ & Irlandiæ, qui ob recreationem Principi filio suo HEINRICO in suo libello quẽ inscripsit *δῶρον βασιλικὸν libr. 3. pag. m.* 137. ludos concessit sequentes monitiones adjiciens: In euren Spielen aber wolte Ich / daß Ihr drey Stück in Achtung nehmet. Erstlich ehe Ihr spielet / gedencket / daß es nur auff kurtzweil angesehen / und macht die Rechnung / alles was Ihr einsetzt / dahinden zulassen. Darnach spielt eben mit gehörter Ursachen halben nicht höher / als so viel Ihr hättet mögen unter die Jungen auswerffen und Preiß geben. Und letzlich spielt allwege auffrichtig und redlich / damit Ihr nicht im Spiel eine Gewohnheit macht zu lügen und zutrügen. Sonsten im Fall Ihr diese Regeln nicht getrauet zuhalten / so ist mein Rath / Ihr enthaltet Euch dieser Spiel gäntzlich. Sintemahl weder Ungedult beym Verlust / noch vor-

theilhafftiger Betrug im Gewinn ein Spiel mag genennet werden. *DIOGENES* Sophista, *mel*, dixit, *digitus gustare licet, non vero tota manu.* Hinc & *XENOPHON in libello de præfectura equestri p m. 79.* declarat hos ludorum apparatus, dum ob modica præmia & multos labores tollerentur. Et sic optime ludi in Rep. esse possunt, si nimirum ad recreationem instituantur. Uti pluribus de ludorum requisitis disserit JOHANN GEORG ARNOLD in Brunnquell der Politischen Weißheit *libr. 3. c. 3. rubr.* Wann gefragt/ wie weit die Saiten-Karten und Würffel-Spiel zu recht gebilliget und zugelassen. Et STATIUS

— — — — nostra fatiscit
Laxaturq; chelis: viresinstigat, alitq;
Tempestiva quies major post otia virtus.

§. 2.

2. Ideo apud Veteres * in duplici differentia horæ fuerunt, aut enim erant καιρικαὶ aut ἰσημερινα, καιρικαὶ sive matutinæ usq; ad meridiem, quo negotia sua Veteres, magna ex parte expedire solebant, quia ad res agendas tunc promtiores & alacriores sumus. Quò etiam illud HESIODI refertur:

ἠὼς γὰρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν.

Dictis autem sex horis in labore peractis, reli-
3. qvum diei tempus 7, 8. 9, 10 quæ notantur dictione ζηθ., refectioni corporis tribuebant. Quod igitur dictio ζῆθ. monet, ut vivamus, id perinde est atq; si dicas; omissis laboribus, recreationi, hilaritati, ludo, cibo potuq; indulgendum esse

Siqui

4. Siquidem apud Veteres, id demum * erat vivere, vitam in lætitia, jucunditate, animiq; tranquillitate peragere. Unde & illud: *Sera nimis est vita crastina, vive hodie.* Hunc locum clariorem reddit Epigramma Martialis ad Euphemũ structorem Domitiani, quod ob meliorem enucleationem huc transscribere non pigrabimur:

Prima salutantes, atq; altera continet hora
Exercet raucos, tertia Causidicos,
In quintam varios extendit Roma labores
Sexta quies lassis, septima finis erit.
Sufficit in novem, nitidis octava palæstris:
Imperat exstructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est, Eupheme, meorum,
Temperat ambrosias cum tua cura dapes:
Et bonus æthereo laxatur nectare Cæsar,
Ingentiq; tenet pocula parca manu
Tunc admitte jocos, gressu timet ire licenti,
Ad matutinum, nostra Thalia Jovem.

Ex quibus clarum est, quod diximus: labores ad meridiem usq; extractos fuisse: quod autem diei fuit reliqvum, quieti, palæstræ & cænæ attributum.

§. 3.

5 Et non solum Veteribus, verum etiam nobis recreatio concedenda ita, ut studiis * aut negotiis forensibus defessi recte ludamus quo recreati alacriores ad laborem & accurationes ad studia posteà inveniamur, id vero tum præcipuè assequimur, cum de re levi, h. est patrimonio minime damnosa, in loco & tempore opportuno breviq;

ſpatio, ludum aliquem exerceamus, quæ ſpecies ludi usq; adeò conceſſa, ut etiam Eutrapelia à Philoſ. appellari demerita eſt, & *AUSONIUS*:

Interpone tuis interdum gaudia curis
Ut poſſis animo quemvis ſufferre laborem.

Vel ut *OVID.*

Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Et *ARISTOT. X. Eth. cum non poſſint homines continuo operari, indigent requie.* Hinc apud venerandam antiquitatem Romanam ludi & dies celebres inſtituti fuerunt, qui ad hilaritatem homines quaſi cogerent, tanquam neceſſarium laboris temperamentum interponentes *l. civitatibus in pr. ff. de leg. 1 l. annuam pecuniam ff. de annuis leg.* Et
6. *LUCULLUS* * optimus Romanorum Imperator in Ephaſo victo Mithridate, & peccatâ Aſiâ jocos multos, & magna faſta publice pro lætitiâ victoriæ inſtituit, & Lucullana feſta dicta fuêre, in Phænicia *MAGNUS ALEXANDER* ludos maximos militares fecit pro lætitiâ victoriarum ab ipſo, ſpargendo nummos Philippeos, ubi populos & milites arte tali reconciliavit: & ut ſui milites non fierent inertes, tunc belli ceſſantibus, illos in continuo exercitio detinebat, ne virtus Martialis pigreſceret. Oblectant itaq; quidam ludi, uti diximus, *ſpe victoriæ*, quidam *ſpe honoris*, quidam *ſpe lucri*, quæ victori cedunt tanquam præmia, ut ludus Scachius, aleæ, chartarum, pilæ. Quidam oblectant *ſolo aſpectu*, de quibus *ſupra c. 2. §. 8. n. 21. & ſeq.* Haſtiludia, pugillatio, ſaltatio; quidam *aſpectu & auditu ſimul*, ut ludi

ſcenici, in quibus omnibus, ſi modus, quem ſæpius deſcripſimus, obſervetur, bonitatis laudem auget. *ſupra c. 2. alleg. n. 48. & ſeqq.* Quanquam nec illud diffiteri liceat, ludis publicis tanquam arcano Politico Romanos Imperatores uſos ad effœminandos & ſubjugo retinendos ferocis quondam & libertati aſſueti populi animos *l. 1. C. de ſpectac. libr. XI, & in tit. publ. lat. vel conſ. nunciatores libr. XII.*

§. 4.

7. Optime autem quis * lucrari poterit, ſi oblectationis gratia præmium ſit propoſitum, quod cū victoria conjunctum, dulce pugnanti ſolet eſſe, languente contra animo, ſi nihil inde ſperetur: Experientia teſtis eſto. *MOLIN. tom. 2. de J. & J. diſp.* 150. Ad hanc lucri cupiditatem avaritiam accedere, poſſet quis facile aſſerere, hâc autem accedente ludum annullari verius erit. Sed negamus, lucri cupiditatem ludum facere nullum, dummodo fraus & dolus abſint, ne juſtitiæ jura alioquin vitio vertantur, præprimis ſi pecuniam lucroſam ludens vertit in uſum communionis, **wenn Er das jenige / was Er gewonnen zum beſten giebet.** Quo circa & dicti ludi non prorſus indicuntur viris honeſtis, ratione ſatis utentibus, ac animi gratia, & recreationis cauſa tantum ludentibus, & non ex ardenti cupiditate & avaritia, quæ tanquam radix omnium malorum eſt reprobata *c. Bonorum* 47. *diſtinct.* ſed ſocietatis tantum cauſa & ſolatii pro vino aut cereviſia potanda, aut pro pullis gallinaceis &c. *l. fin. ff. de*

alea

alea lusu & aleat. Deinde etiam cupiditatem, quam hic intendimus moderatam, vix avaritiam parere poterit, quæ eſt vitium in dando deficiens in accipiendo modum excedens.

§. 5.

Frequenter vero ludens ſua bona dilapidare præſumitur, *BART. ad §. illud. v. 9. in proœm.* non injuſte aleatoribus adminiſtratione bonorum interdici poterit. Intereſt enim Reip., ne quis re ſua male utatur, *§. fin. Inſtit. de his, qui ſui l. alieni juris ſunt.* Hinc neq; * contractum emtionis
8. venditionis, locationis conductionis, mutui, permutationis, transactionis &c. celebrare valebit, & ſi contractus emtionis venditionis in ludo celebratus fuerit, vendens emtori de evictione non tenetur: nec etiam luſor pecuniam perdens victori; quia ambo ſimul deliquerunt *l. filiofam. §. ſi in alea ff. quar. rerum actio non datur, & per Dd. in l. ſi quis cum ſciret in fin. ff. de uſucap. pro emto* vel ſiquis mutuavit ludenti pecuniam, ex mutuo vix poterit agere. *GLOSS in l. quod ſi minor §. pen. de min. & in l. ſi quis cum ſciret ff. pro emt.* Hinc & videmus, quare in Chirographis hæc clauſula inſeratur; pecuniam in rem & utilitatem meam meorumq; verſam eſſe. Ich bekenne/daß mir Titius 100. Thaler baar vorgeliehen/ welches Geld Ich dann auch zu treuen Händen empfangen/ und in meinen Nutzen angewendet/ ne ſcil. videatur ad luſum vel aliam prodigalitatem debitori datum mutuum, quod non repetitur, ſi mutuo dans fuerit colluſor, aut mutuum accipiens

ens prodigus', quamvis instrumentum executivum desuper confectum fuerit vid. *COLERUS p.1. c.10, n.21. in Processu Executiv, pag. m.* 274. Non tamen
9. men * omne mutuum collusori datum, & in ludo vicissim perditum est commissum, sed illud, quod est ultra decentem & in lege civili statutam
10. tam summam datum; ideò sic rectè * distinguimus (1.) inter pecuniæ summam in jure concessam, & inter illam, quæ ad ludendum est prohibita. Et hoc ulterius ampliatur, etiamsi collusor pecuniam illam in lusu non perdiderit *MATTH. BERLICH. p.1. dec.66. n.2.* Sciendum enim est, quod ludus tantum permittatur ex juro civili de uno floreno in uno die *auth. alear. usus C. de relig. & sumt. fune. BARTOL. in l. inficiando §. infans ff. de furt. vid. auth. interdicimus C. de Episc. & Cler.* Si quis igitur alteri pecuniam det ultra Florenum (solidum) in uno die, pecuniam vel planè non, vel superfluam non recipiet. De jure vero Sax. si quis civi in mense ultra 12. grossos, opifiri ultra quatuor, rustico vero ultra unum grossum mutuò dedit, illud repetere nequit, quia contra legem publicam egit *vid. ord. Pol. 8. §.2. & supra in quæstione præjud. §.7.* (2.) etiam distinguendum est inter personam, uti *supra in c.* 3. hoc demonstratum dedimus, quæ nimirum mutuum accipere, & quæ non potest. Notandum quippe est, quod leges certis quibusdam personis mutuum accipiendi interdicant, ut est SCtum Macedonianum, quod mutuam pecuniam filiofam. in patriâ potestate existenti, dare, vel ab alio

invito patre, accipere prohibet *l.1.l.7. §.4.l.9. §.2. l.12. §.3. ad SCtum Maced.* Si quis jam prioris conditionis personæ concessam pecuniæ summam mutuò daret, de jure vicissim repetere potest; Sin huic, minime *l.7. §. 11. ad SCtum Maced.* CUJAC. *libr.14. obs.c.35. distinguendũ* & (3.) inter ludos honestos & licitos, qui scil. ingenii vel corporis exercendi gratia fiunt, ut nempe ludus hastæ, pilæ, cursus, saltus, Scachorum, & quos ulterius allegavimus supra passim; & inter ludos inhonestos & illicitos, in quibus sors vel fortuna dominatur mera, ex quibus lucrum inhonestum, illiberale, sordidum & maleficum provenit. Si quis jam ad honestum ludum cuidam in concessa summa, pecuniam dedit, recte, si vero personæ prohibitæ ad ludum inhonestum, nihil recipiet, quia damnum sentire debet ipse, qui causam damni dedit, *l. qui occidit in fin. ad. l. aquil. l. ult. C. de relig.* Eandem

11. * rationem habet, si quis Lupinis luserit, wenn einer auff die Kreiden gespielet / & victus fuit, ipsi nulla datur condictio, quatenus nimirũ justam formam lusor excessit *l.5. pr. de naut. fan. l. 1. pr. § sed et si quis, & in fin. ibi: neq; petitio detur l.3. ibi: nulla sequatur condemnatio C. de aleat.* ob exceptionem, quod in alea lusum fuerit. *l.29. §. ult de probat.* Huc quadrat *HORATII* illud *libr.1. Ep.7.*

Nec tamen ignorat, quid distent æra Lupinis.

Sunt autem Lupini certa signa ex hâc vel illâ materiâ in usum ludentium confecti, ut Zahlpfennige / Höltzlein / von Leder oder Kartenblätter / qui post victoriam numerantur & pro condigno

digno per pecuniam validam reluantur. Et hoc est argentum Comicum, id est fictitium.

§. 6.

Audivimus pluribus in præcedente §. quod mutuo dans pecuniam ludenti, eam repetere nequeat, quod hîc ampliatur, ita, quod etiam mutuans, qui receptavit ludum in propriâ causâ â ludente possit repetere, agereq; ad pecuniam mutuatam, quia parili modo expresse contra leges commisit, uti pronunciarunt *JENENSES teste Col. p. 1. dec. 173. n. 50.* vid. *IMOL. in c. Clerici uti etiam in l. 3. C. de aleator.* quando autem mutuans
13. * non fuit collusor, neq; etiam sciverit, mutuatarium esse lusorem, habebit repetitionem & Executionem. *IMOL. arg. l. 12. §. 11 mand.* vid. constitut. ultimam inter non editas sub rubr. Ob das Geld/ so jemandes zum Spiel geliehen/ kan wiedergefordert werden? In dieser quæstion decidiren die Rechtslehrer/ wann einer der nicht spielet/ jemand Geld zum spielen leihet/ derselbige kan es wieder fordern/ do aber von dem/ welcher mitspielet/ geliehen wird/ so soll es der andere wiederzugeben nicht schuldig seyn. Ut plenissime traditur *FRANCISC. CURT. in 163. opin. cum seq. & per BON. CAPIAN. in tract. comm. opin. in verb. alearum fol. 107. VID. DNUS. MARSMANN l. alleg. p. 53.* Si vero spectatorem * præbuit, etiamsi non collu-
14. serit, puniendus erit æquè ac Principalis. Jure enim vetitum est hujusmodi aleis aut aleatorum inspectione tempus suum transigere ac terere, forsan ob hoc, quod ex tali avida ac usitata in-

spectione plerumq; ipsi amatores evadant. Secundum illud: Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se. Et quilibet bonus etiam efficitur vitiosus ex mala conversatione *l. 25. §. 6 ff. de adilit. edict. Proverb c. 13. vers. 20. & c. 22. vers. 24. 25. & Psl. 18. vers. 26. 27 28 MASCARD. de probat vol 2. concl. 106. n 6.* quam sententiam eleganti præjudicio confirmat JCtus famigeratissimus & conscientiosus *D. BRUNNEMANN ad l 8. ff. pro emto n. 3.* Contrariatur *Dnus STRUV. cap. 16. decis. suar. decis. ult.* Si vero ludens obligationem suam ex certo contractus genere promanantem juramento confirmavit, ea * convalidatur, uti etiam hoc asse-
15. rit *FORSTERUS in suo Tr. de Dom. c 8.* Nobilis enim quidam W. â K. cum alio Nobile L. á B. lusurus promiserat, & sese firmiter obstrinxerat hisce verbis: do Er die 1000. Thaler verspielen würde/ wolte Er ehrlich bezahlen/ oder wolte des Teuffels mit Leib und Seel / ein Huren-Sohn/ Schelm und Beseiwicht seyn/ auch ferner, als Er das Geld verspielet und erinnert worden/ geantwortet/ Ich will dich bezahlen / oder will kein ehrl von K seyn. Denn was Ich mich gegen dir verpflichtet/ daß will Ich halten/ so wahr mir GOtt helffen soll/ und ein Kind des ewigen Lebens gedencke zu werden ꝛc.

§. 7.

Quæsitum ergò fuit; an hâc promissione pro-
16 bata * W. á K. solvere teneatur? ubi ita responderunt *SCABINI WITTEBERGENSES.* Daß K. die 1000. Thaler gestalten Sachen nach zuerlegen schul-

schuldig/ jedoch und weil gleichwohl solch lucrum allen beschriebenen Rechten zu wieder/ und darinnen heilsamlich verboten/ so will Euch L. â B. als einer Adel. Ritterl. Person nicht wol anstehē und gebühren/ dasselbige Geld in euren eigenen Nutzen zunehmen/ besondern es ist des Orts hohen Obrigkeit unbenommen/ stehet auch derselben jederzeit bevor / solch Geld von Euch wieder abzufordern/ und zu milden Sachen / und also zu Besserung Schul und Kirchen anzuwenden. Et hoc pronunciatum fuit juxta *cap. 6. debitores de jure jurando*, quia juramentum non potest fieri irritum, quippe quod citra dispendium æternæ salutis servari potest. Et non solum firmat a-
17. ctum lusionis exinde, sed maximè, quia * hic contractus plane irritus non est ac invalidus, sed punibilis saltem & in jure civili illicitus vid *cap. ultimum §. 2. infra.* Nam si actus ille plane esset irritus, juramento confirmari non posset, quia juramentum confirmatorium præsupponit actum validum. Ut igitur jure civili confirmetur, necesse est, ille eod. jure sit validus quia invalidus non convalidatur. *MARANTA in suo speculo aureo p. 3. n. 56. p. m. 52. & seq.* Jus autem Can. non attendit, quod jure civili sit invalidus, sed modo actus in se, extra jus civile consideratus, subsistat, & non accedat negotio (1.) jure naturæ illicito ac turpi (2) ipsi utilitati publicæ repugnanti & (3) ad alterius præjudicium vergenti. Dnus STRUV. *syntagm. Juris civ. Exerc. 17. § 15.* Ideò & PEREZ, *in suis prælectionibus ad Cod. tit. de aleat.*

 n. 7.

*n.*7. limitationem adjicit, quod is, si pecuniam in ludo perditam se soluturum promisit juratò, teneatur juramentum adimplere, cũ non sit super re invalida, & nihil mali involvat solutio, nisi per eam damnum aliquod familia incurrat *c. 28. de jurejur.* ubi & alia observanda invenies. Quod
18. autem à victore * repetatur, ratio est, quia justum & legitimum acquirendi Dominii titulum non habet. Paria vero sunt, plane titulo destitui
19. vel titulum quidem sed * eum illicitum, legibusq; prohibitum & injustum habere. *BALD. in l. civilem n. 2. C. de furt. PANORMITAN in c. gravis n.*
20 *7. de restitut. spol.* Neq; etiam victus recipit * eam, sed in usum publicum impenditur, *argt. c. allegat. 6. X. de jur. jur.* Si vero fuerit depauperatus
21. & non locuples * retinet pecuniam, non quidem quod in illam justum acquisiverit dominium, sed ex commiseratione statûs sui depauperati.

§. 8.

Porrò & expressis notat verbis *CARPZ. pr. Crim.*
22 *p. 3. quæst. 134. n. 26.* nullam fidejussionem * in ludis admitti, insimulq; notabili ac elegante confirmat præjudicio habt Ihr mit des Schäffers Sohn in der Schencke zuspielen angefangen / und Ihme 6. Lämmer abgewonnen; Ob nun gleich sein Schwager sich vor Ihm verbürget / und es zugesaget / woferne Euch des Schäffers Sohn die 6. Lämmer nicht zahlen würde / Euch 3. Thaler dafür zugeben / so seyd Ihr doch erwehnten Bürgen zubelangen nicht befugt V. R. W. Cautio enim data super aleæ lusu est irrita,

rita, & condici potest. *l.1.C. hic*, quia quis statim, si nondum solverit, excipere potest, qui enim habet actionem ad 50. annos, multò magis habebit exceptionem *l.156.de R.J.* & frustra peteret, quod statim deberet reddere *l. dolo 8.ff. de dol. mal. & metus except.*

§. 9.

23. Etiam Transactio in ludo * non valet, quia in illo non potest esse lis, sed aperta calumnia, quæ non potest inducere litem, ubi non est *l. in summa ff. de condict. indebit.* uti etiam responderunt JCti Lipsienses Mens. Majo anno 1595. vid. Dn. *CARPZ. pr. Crim. quæst.* 134. *n.* 24.

§. 10.

24 Aleator quoq; testis * esse nequit, (nisi in odium *infra* § 8. *c. ultimi*) *arg. c. super eo* 13, *c. testimonium* 54. *X. de test. & attest.* & hoc ita extenditur à Dd. quod neq; in causa civili neq; criminali admittatur, quia dicitur criminosus bonorum decoctor. *MASCARD. de probat. vol. 2. concl.* 998. *n.* 1. Probare tamen debet is, qui rejicit eum tempore testimonii ferendi aleatorem esse. *CRAVETTA p.* 1. *conf.* 196. *n.* 5 qui non aliquando tantum, sed continuò ludere consueverit. *MENOCH. de A. I. Q. libr.* 2. *c.* 299. *n.* 21. quem sequitur & *THOMAS ACTIUS de ludo Schacborum quæst* 8. *principali post num.* 21. Sed videtur hæc nimis levis pæna in eos, qui gravio-

25. re sunt * jure digni, quam modò etiam statutam modò arbitrio judicis relictam invenimus. Jure quidem SAX. *in ord. Pol. t. 1.* vom Spiel *j. ult.* hæc edixit serenissimus Elector: welcher nun hie-

wider

wider handelt / der soll jedesmahl 20. Thaler zur Straffe (davon 1. Thaler dem / der es in Erfahrung bracht / gebühret) erreichen / oder da Er es nicht im Vermögen / 8. Tage lang in gefänglicher Hafft enthalten werden. Sed hæc pæna loco exempli tantum censetur & proponitur, quam judicii ratione circumstantiarum modo minuere, modo augere permittitur. *CARPZ. alleg. quæst* 134. Solent etiam judices inferioris sortis lusores improbos imprimis festis diebus deprehensos ad torquem infamem damnare. *PETR. GREGOR. in S. I. U. libr. 39. c. 3. in fin.*

§. 12.

26. Solent * interdum nequiores esse illi, qui tales suscipiunt lusores, quapropter justo justius erit eos impunitos non relinqui. Habemus autem
27. EdictumPrætoris in susceptores * datum, ne præbeant occasionem huic nequitiæ, quod ita sonat: *Si quis eum, apud quem alea lusum esse dicetur, verberaverit, damnumve ei dederit, sive quod eo tempore dolo ejus subtractum est, judicium non dabo l. 1. pr. ff.*
82 *h. t.* Hoc edictum * Prætorium vero *JOH. JACOB. WISENBACH. ad ff. p. 1. Exerc. 23. th. 16.* appellat non solum παράδοξον, sed & παράνομον, quia hâc ratione homines invitantur ad furta, damna, injurias inferendas promissa delictorum impunitate contra *l. 1. §. 4. ff. ad JCtum Turpill. l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Sed hoc edicto justitia nondum exulat, siquidem mens animusq; Prætoris hic fuit, ut scil. hoc remedio aleatores planè tollerentur, ita & actionem susceptoribus rectè denegavit, ut hâc

viâ

viâ hospites eò magis â receptione lusorum deterrerentur, si viderint sibi ob damnum ab illis datum actionem denegari. Nam cum metu damni deterritus unusquisq; eum, quem lusorem in ædibus habuerit, â se cæperit propulsare, occasio ludendi amplius non dabitur, ut in simili rescripsêre *ARCADIUS & HONORIUS* Impp. *in l. 12. C. de agric. & censit.* Interim tamen delictum non manet impunibile *l. 11. in fin. ff. de dol. malo & metus Except.* sed receptori saltim persecutio injuriæ suæ denegatur. *ANTON. FABER rational. in l. 1. pr. ff. de aleat. lit. B.* Fit autem hoc, ut testatur Dnus *HAHN* juxta principia extraordinaria, ob rei vilitatem, cujusmodi res est alea, & turpis, imò indignior, quam ut SS. justitia ei accommodari debeat, simulq; addit responsum Helmstadii datum 1616. 3. Decembr. daß Gefangener die von Klägern Michel Benecken auffn Spiel gewonnene 11. Thaler von N. W. nicht fordern/ noch Ihm dieselben anrechnen kan. Et non mo-
29 do * susceptoribus actio criminalis, verùm etiã civilis denegatur, quicquid etiam ex ejusmodi domo, aleatori quoq; ipsi, durante lusu, ereptum fuerit, *l. 1. §. 1 impunè fit ff. de aleat.* Et si aleatori ulla inferatur injuria, aut damnum, aut ipse lædatur: sublata est ei omnis de reparatione petendi actio *d. l. 1.* Quin & omnibus adstantibus, qui aut colludunt, aut certè se participes faciunt periculi & lucri vel amissionis, eadem est infligenda punitio sive pæna, etiam si non colludant, *auth. alearum usus §. commodis supr. §. 6. hujus cap.* Hinc si

quis contra aliquem agere, suumq; damnum ex ludo perpessum repetere intentaret, reus inter
30 alia * præter propter ita excipere posset:

P.P. Beklagter saget ferner gegen und wider Klägern; tibi adversus me non competit actio; dieses nun darzuthun / beruffet sich N. auff die deshalben Sonnenklar beschriebene Rechte *in l. 1. ff. de aleat.* in welchen wohl / löbl. und heilsamlich zu Erhaltung guter Policey und Disciplin versehen / daß die Jenigen / so Spieler in jhren Häusern oder Wohnungen auffhalten und herbergen / und zur Zeit des Spiels Jhnen Schade / Diebstahl und andere Ungelegenheiten zugezogen / nicht vindiciren / oder rechnen können / sondern billich den Schaden / Diebstahl und andere Unlust über sich gehen lassen / leiden und dulden müssen / und niemand anders als sich selbsten zuschreiben; Weil dann Kläger dergleichen libelliret (oder do ers nicht libelliret) zur Zeit des Spielens dem libellirten Schaden erlitten / so bittet Beklagter sich mit Erstattung der Unkosten / von der Klage zu absolviren und zuentbinden. Et pro hoc libello responderunt Helmstad ad Senat Wansleb. ita: Jn Fall aber dieser Tumult und Schlägerey wegen des biß in die späte Nacht getriebenen Karten-Spiels entstanden / sind Beklagte die zubrochene Thür / Fenster und Ofen zubezahlen im Rechte nicht verbunden / noch dieselbe als Hauß-Friedbrecher zu bestraffen V. R. W.
31 In modum * autem actionis ex l. diffamari h. m. proponi potest.

P.P. Jst

P.P. Ist in Erfahrung kommen/ thut auch zu mehrer Anzeigung beyliegendes Instrument (Document) übergeben/ daß N. Klägern diffamire, und hin und wieder austrage / gleich als wolle Er den Schaden und die injurien/ so Ihme unlängsten an seinen Kopffe/ Fenstern / Büchern und andern Sachen beym Spiel geschehen und zugezogen worden/ bey Ihme/ als welcher beym Spiel gewesen / und ein Anfänger zur Schlägerey/ vindiciren / und sich wieder erhohlen / weil aber Kläger dergleichen Klagrecht Beklagten nicht geständig/ sondern sich zum Rechten versiehet / es werde Beklagter demselbigen Schaden/ so Er erlitten / bey Ihn zufordern nicht befugt seyn / sich deshalben auff die disfalls wohlversehene klare Rechte/ sonderlich aber *ad l. 1. ff. de Aleat.* beruffende/ als will Er vom Beklagten Rede uñ Antwort hiermit gefordert/ darneben gesuchet u. gebethen haben/ zuerkennen und auszusprechen/ daß/ do Beklagter Ihme Klägern des Ausspruchs nicht erlassen köñe / Er solches innerhalb Sächßl. Frist zuthun schuldig/ oder eines ewigen Stillschweigens gewärtig seyn solle. Arbitra-
32. ria * aliàs pænâ receptatores â Magistratu meritò puniuntur pro qualitate nimirum delicti, conditione Personarum ac ratione circumstantiarum Policey-Ord *tit.* 8. vom Spiel §. 3. *CARPZ*
33. *prax. crim. quæst.* 134. *n.* 48. Parentes * tamen & cognati vel Affines requisiti & rogati â Magistratu, ubinam filius, cognatus vel affinis delinquens latitat, indicare, &, si ignorantiam prætendant,

 jura-

Juramento se purgare non tenentur. *CARPZ. d.l.n.52.& seq.* Ulterius & se extendit odium
34 Aleatorum, quod nimirum is, qui * furatus est, res aleatorum depositas ob illud furtum commissum minimè puniatur, uti hoc observat *DN. BERLICH p.5.concl.44.n.51.ibiq. alleg.Dd.*

§. 13.

35. Per susceptorem autem intelligimus * non illum, qui bis vel rarò lusores receperit, sed illum, qui frequentissime, & consuetudinem recipiendi habet *GLOSS. in l 1.ff.h.t.* Loco pœnæ etiam sta-
36 tutum est, quod domus * in quâ luserunt, publicari debeat, *l.ult.C.h.t.* nisi sit domus pupilli non capacis doli, vel viduæ *argt.l.1.C.de fals.monet.* sive alterius miserabilis personæ: Etiam domus conducta non debet publicari, si Dominus ejusdem sit ignorans, quando autem domus publicatur, non tamen res, quæ in eâ reperiuntur, simul prostabunt, nisi ad ludum sint accommodatæ, ut scamna, mensæ &c. *BALD. in l.1.C.de naut.fœnore & in l.3.de in cest.nupt. BART. in l.ult.ff.de supellect. leg.*

§. 14.

Rigor Juris adversus Aleatores ulterius apparet *ex synodo provinciali Zeelandica habita Tholæ anno 1602*
37 *art.25.* quæ ab usu * cœnæ expresse aleatores arcendas esse decrevit, nisi moniti desistant, si apertè aleâ aut chartis ludere consueverint *vid. cap.10.ex CUJACIO ad c.libr.3.tit.43.p.190.* quia versantur circa rem scurrilem. DANIEL SAUTERIUS *in suo Palamede libr.3.c.8.* cui talem titulum præponit, Chartarum lusoriarum ludi

ſcurriles: Et caput ſic inchoat: chartæ luſoriæ fortuitæ ſunt, & â perditis hominibus inventæ *libr.2.c.5.* vocat ludum inhoneſtum *c.9.* eſſe damnandum, turpem & Chriſtiano homini indignũ,
38. infamem, flagitium. Ideò & porrò honeſtæ privandi ſunt ſepulturæ, qui enim malè vitam ſuam transegit, non dignus habendus, ut penes demortuos, qui optime in vitâ ſuâ verſati fuerint, locetur, hoc enim modo alii exemplo tam triſti ab alea deterrentur, horrorq; quaſi injicitur, *argt. l. capitalium* 28.§. *famoſos* 15 *ff. de pæn. l.*31. *ff. depoſiti:* Et quia, uti recenſuimus, aleatorum Nomen pro infami habetur & *ex l. ult.* §.2 *ff. de aleat. l. fugit.*
39 225 *ff. de V. S.* pluribus apparet, ſponſalia * quoque diſſolvit; neq; etiam continetur edicto ædilitio *l.*4.§.2. *ff. de ædilit. ed. ibiq; GOTHOFRED.* Inte-
40 rim * tamen hoc notari velim, ſi injuriatus cum injuriante luſerit, injuriam remiſſam cenſeri, quia ludentes inter ſe amice confabulari ſolent, quod dicitur amicitiæ judicium, quæ inter homines regulariter præſumitur *argt. l. ſi quis teſt.* 17. *C. de teſt.* imò & aliàs per amicabilem converſationem inducitur præſumtio reconciliatæ inimicitiæ *MASCARD vol. 1. concl.* 85. *n.*6 atq; injuriarum remiſſio MYNS. *ad* §. *ult. Inſt. de injur.*

CAPUT. VII.

DE AFFINIBUS.

1. *SPonſio quid?*
2. *Sponſiones ſunt de genere licito.*

 3. *Bonis*

3. *Bonis moribus quæ contrariatur pro illicita habetur.*
4 *Casus proponitur.*
5. *Cleopatræ Epulum taxatur.*
6. *Quid de sponsione statuendum,* Jch kenne einen Stadt-Schreiber/ der weder schreiben noch lesen kan.
7. *Affertur aliud Exemplum.*
8. *Assecuratio quid?*
9. *Olla sive Urna fortunæ* der Glücks-Topff.
10. *An sit licita.*
11. *Forma juste observanda.*
12. *Oleæ fortunæ Professores.*
13. *Lota quid, & Loteria?*
14 *Exempla recensentur.*
15. *Privatis non indulgenda.*
16. *Sortis definitio.*
17. *Est divini consilii judicium.*
18. *Divisio sortis.*
19. *Quando locum habet.*
20 *Quod sorte dirimitur, firmum stare debet.*
21. *Quia fortuna in hoc mundo non habent superiorem*
22 *Sors continet appellationem specialem.*
23. *Num lusio ultra dimidium in sorte prætendi possit?*
24 *An officia publica sorte dirimenda.*
25. *Damnatio ad duellum.*
26. *Decimatio quid.*
27. *Stipulatio ad pænam licita.*
28. *Aleæ Emtio.*

§. I.

INter affinia sponsionem numerari posse, in confesso esse nullus ambigo; iccirco illam de scribe-

scribere jam è re nostra duxi. Est autem Spon-
1. sio * conventio duorum pluriumve de veritate aut eventu alicujus rei dubiæ honestè tamen cõtendentium, ut victori cedat id, quod depositum.

§. 2.

Eandem autem rationem sponsionis esse ac lu-
2. dorum manifestum est, sicuti enim virtutis * causa, ut dictum, ludere; ita quoq; sponsiones facere licet *l. 3. ff. de aleat.* Insuper quoq; in jure civili hinc inde conceduntur pacta & stipulationes conditionatæ â futuro eventu dependentes, uti probat *l. 63. l. 108. l. 129. de V. O.* ut eg. poneret quis pignus quoddam sub aliquo, honesto tamen eventu, ut si tibi nascatur masculus, dabis mihi decem, si fæmella, dabo, tibi decem, hanc sponsionem habemus pro licitâ; sicut enim valet promissio, quando promitto tibi centum, si navis ex Asia veniat, & quando quis denegaret hanc pecuniam, potest alter contra illum actionem ex stipulatu instituere, & valebit, siquidem nulla fraus, dolus, aliaq; commutatio iniquia inest. Si
3. vero sponsio * bonis moribus contrariatur, sta-
4. tim illicita habetur, e. g. uter * alterum in edendo aut bibendo superaverit, wer den ersten wird zu Boden sauffen / der soll so oder so viel haben. Quamvis enim in jure justum habeatur, quod quis commessationis ergo ludere, sponsionemq; celebrare possit *l. quod in convivio ff. de aleat.* attamen hoc intelligendum est non de nimia, sed de licita, honesta ac necessaria compotatione, quod autem conditio, de quâ jam agitur, sit inhonesta,

nemo

nemo est, qui negat, & probatur *in c. crapula de vita & honest. Cleric. STRACCHA tr. de sponsf. §. item quaero pag. m. 221.* Ad hanc classem propter nimium lu-
5. xum meritò refertur sponsio * ista memorabilis CLEOPATRÆ & ANTONII, quæ legitur apud PLINIUM *libr. 9. Nat. hist. c. 35.* Hæc cum exquisitis quotidie ANTONII saginaretur epulis, superbo fastu lautitiam ejus, apparatumq; omnem obtrectans, quærente eo, quid astrui magnificentius possit? Unâ se cænâ sexcenties H.S. absumturum respondit: cupiebat discere ANTONIUS, sed fieri posse non arbitrabatur, sponsionibus factis postero die, quo judicium sponsionis agebatur, magnificam illa, ut vulgarem, apposuit cænam: tandem ex præcepto ministri vas aceto completum CLEOPATRÆ posuere, in quod margaritam immisit, singulare illud & verè unicum naturæ miræ magnitudinis & splendoris opus, quod Regum Orientis proprium fuit: immersum ac liquefactum absorbuit: injecit manum alteri: L. PLAUTIUS, sponsionis Judex, victum ANTONIUM pronunciavit. Ulterius & hoc sponsionis
6. genus illicitum * declaratur, si quis hoc modo captaret verba: umb was wollen wir wetten/ Ich kenne an einen Ort einen Stadt-Schreiber der weder lesen noch schreiben kan. Nam sicut in ludis, uti sæpius monuimus, omnis fraus, falsaq; machinatio; ita quoq; in sponsionibus abesse debet. Uno verbo; adversantur sponsionibus dissensus *§. 23. Inst. de inutil. stip.* Error, quia qui errat, non consentit *l. 116. §. ult. ff. de R. I. l. 15. de Jurisd.*

risd.l.2.pr.de jud. ergo nec ſpondet. Dolus *l. 7. §. 7.9.& ſeq ff.de pact.* vis & metus *c.ſeq.* 8. cauſa inhoneſta, quando videlicet in naturâ eſt vitium, *§. quod turpi 23. Inſtit. de inutilib. ſtipulat. l. 3. de aleat.* & quod eſt contra bonos mores, pro impoſſibili habetur.

§. 3.

Quærimus autem datâ occaſione; an talis ſpon-
7. ſio ſit licita, ſi unus ex ludentibus * habens in ſuis aleis numerum, qui poteſt in eo ludo contingere omnium maximum adeò, ut penes ipsũ ſit ludi victoria, addit ſponſionem, augetq; duplicando præmium, ſi ſc. ſociis non diſpliceat, quorum alter rei ignorus, & credens ſatis amplum habere numerum, conditionem augmenti acceptavit, & detectis manifeſtisq; aleis ſe victum agnovit, an ſponſionem duplicare debeat nec ne? Nos utiq; ſervandam eſſe putamus, quia omnis ludus habet ſuas leges, ſuamq; naturam, easq; leges cuſtodiendas per *Gloſſ. in l. in Executione §. fin. ff. de V.O. in l in jure civili l. 61. ff. de R. I.* veluti aleas non eſſe ſignatas, taxillos non falſatos, & maximus numerus potuit itidem contingere adverſario, quia eſt in arbitrio fortunæ, & prorſus poterit cogitare, quaſi alter animo deterrendi augere voluerit ſponſionem, ſibiq; imputet, quod conditionem augendæ ſponſionis acceptaverit, vide ſis *CONVARRUV. p. 2. relect. c. peccatum de Reg. Tom. 1.* Hûc & pauca notanda eſſent de aſſecuratione,
8. quæ eſt * Contractus innominatus, quo periculum rerum aliò transvehendarum, alterius

ſecuritatis gratia pro præmio ſuſcipitur. Præmium autem illud eſt vel Amphoteroplon, cum fœnerator & commeatus & remeatus periculum ſuſcepit, vel Heteroplon, cum commeatus tantum. De cujus juſtitia vid. Dom. *HAHN ad Wes. de P.V. n.4. p.m.* 532. Quoniam vero non ſolum integri doctorum virorum Commentarii extant, verum etiam hæc materia præciſe hûc non ſpectat, ulterius eam proſequi merito detractamus.

§. 4.

9. Huic annectitur olla ſive urna * fortunæ der Glücks-Topff/ cujus deſcriptionem jam ponimus, ubi pro certo pretio minutæ ex aliquo vaſe chartulæ depromuntur, quibus inſcriptum, quantum fortuna unicuiq; largitur atq; diſtribuit. Eſtq; implicita quædam venditio reſpectu expo-
10. nentis merces ſuas. Quæritur autem, an * ſit licita? quod communiter affirmant *arg. l.8,9. §. 1. de contrahend. emt. l. 12. & 13. de act. emt.* requirunt
11. autem Dd. quod * autoritate publica exerceri debeat, ne ſcil. major numerus notarum infelicium in urnam injiciatur, quam ferat æſtimatio rerum, quæ ſorti exponuntur, e. g. ſi merces expoſitæ eſſent centum thalerorum, & pro qualibet ſchedulâ extrahenda ſolvendus eſſet groſſus, 24000. ſchedulæ in urnam eſſent injiciendæ. vid. *MART. DELRIO diſquis. Magicar. quæſt. 2. WEHNER. ſub voce* Glückshafen *HARSDÖRFER* in den groſſen Schau-Platz Luſt- und Lehrreicher Geſchichte *ſub rubr.* der Glücks-Topff *cit.* 198. ubi rationes ab utraq;

utraq; parte pro & contra ollam fortunæ profert Dn. *STRUV. Synt. suo jur. civ. Exerc.* 15. §. 58. Plura legere qui desiderat evolvet *KELLER. libr. 2. de offic Jurid. c.* 23. *CONRAD.* Schlüsselbürger in Bedencken vom Glücks-Topff. Et non desunt *POLITICI*, qui civitatibus ære alieno obrutis, & mendicare erubescentibus in extremis hujusmodi ca-
12. lamitatibus suadent, ut * fiant Professores ollæ fortunæ, daß Sie sollen Glücks-Töpffe oder of-
13. fene Lottereyen anfangen/ Lota namq; * vocantur collata symbola: Hinc Loteria, vulgo La
14. raffe aut riffe, quarum * usus in Italia non ita infrequens. Ex horum numero videtur esse *JACOB BORNITIUS* olim Cameræ Procurator in Marchionatu Superiori *libr. 2. de ærario* c. 4. Exemplo *BELGERUM*, nec non Senatus *HAMBURGENSIS*, qui publicas fortunæ ollas instituerunt, & lucrum ad Nosodochia, & carcerem publicum ædificandum vulgo das Zucht-Hauß/ in quo filii immorigeri, hominesq; otiosi coërceri solent, contulerunt. *HERMAN. LATHERUS libr. 3. de censu c. 15. n. 35. & 36.* Et recte instituitur â Magistratu ad salutem reip. quia sic subditi ad conservandum statum publicum, ex eorum statu privato inviti distribuunt. Isteq; modus, quem describit *BORNITIUS d. l.* omnis falsi videtur expers esse, fraudisq; suspicione carere, cum schedulæ unâ vice autoritate, publicâ extrahantur, also/ daß die Gewinn-Zettel gleich mit den gemeinen ausgehen und sonsten keine blinde Zettel darinnen gefunden werden/ & lucrum in eo potissimum

consistat, ut pecunia numerata ex supellectile argentea & rebus similibus, emtorem pro pretio condigno non invenientibus exiguo temporis spatio possit confici, & creditoribus exinde satisfieri. Habemus & similem ollæ fortunæ descriptionem *Argentinæ* excusam, quâ ad concessionem Senatus Argentinensis civi cuidam admodum obærato, & ad incitas redacto, nomine Friedrich Kruegen aurifabro anno 1609. affabre
15. consultum ipsi fuit. Verum enim vero num * privato vel civi saltem hoc indulgendum sit privilegium, omninò dubitamus, dum hoc modo status publicus primario non stabiliatur, ob quē conservandum aliàs hoc remedium concessum legitur, sed magis debilitatur, quia discordiam, inobedientiam, nec non invidiam alit, quando alii id efflagitantes hoc non impetrant, & facile quivis se obæratum & depauperatum ventilare posset, si hoc privilegio specialissimo aliquid lucrari possit, quòd tamen in se inæqualitatem contineret, causamq; paupertatis multis civibus, præsertim vero mercatoribus præberet. Ideò illud tanquam iniqvum, inhonestum, & illegitimum cum *HERMANNO LATHERO loc. cit. CHRISTOPHORO BESOLDO in suo discursu politic. de ærario publico c.3. n.10.* damnamus. Et qui nos justum esse pronunciare possemus, cum illud Serenissimus noster Elector in der Policey- und Kleider-Ordnung de anno 1612. *Torgæ* promulgata sub tit. 13. rubr. Topff-Spiel/ Glücks-Würffel/ Kreissel-Stech und dergleichen Buden und Tische prohibu-

bibuerit ſub pœnâ 100. Thal. qui â Magiſtratu hos ludos permittente ſolvi debent, quia ejusmodi ollæ, ut & ſupra diximus, cum injuſtitia, damno proximi & expilatione pauperum conjunctæ ſunt. Vid. & *FRITSCHIUS in ſuo Tr. de Monopol. c. 12 n. 31. DEDEKENNUS Vol. 2. p. 210.*

§. 5.

Huc non incommode poſſumus quoq; recenſere ſortem, quæ inſtar ludi eſt. Deſcribimus er-
16. gò, quod * ſit conventio de negotio civili dubio ubi jus in certo caſu â Judice vel partibus ipſis indeterminatum deciditur *vid. §. 23. de leg. l. 36. ff. de adopt. l. 5. ff. famil. beriſcund. l. 1. §. 2. ff de officio quæſtoris, l. ult. pr. C. commun. de leg.* Aliquando vero
17. ſors * vocatur vis divina *l. 24. §. 4. ff. de damn. infect.* Hinc D. *AUGUSTIN. res eſt*, inquit, *ſors, in dubitatione humana divinam indicans voluntatem. MASIUS in Joſue 14.* dicit, *ſortem non eſſe fortunæ temeritatisq; ludum, ſi juſta cum religione fiat, ſed certiſſimum divini conſilii judicium. Et in c. 2. ſortem, ſi religioſe tractetur, Numine divino regi atq; pro DEI arbitrio cadere.* Varie * alias dividuntur ſortes, reſpe-
18. ctu objecti ſive maturæ in diviſorias, Conſultorias, divinatorias. PEUZERUS *de divinat.* diſtribuit in Politicas, divinas, divinatorias. Alii in divinas, humanas, diabolicas. Sortes diviſoriæ dicuntur, quæ adhibentur, cum dubitamus, cui aliquid ſit adjudicandum in hæreditate, in bonis, in honoribus, oneribus, laboribus, periculis, ſuntq; vel publicæ vel privatæ; rurſum vel ſacræ *Lev. 16. 1, Paralipp. 26. Actor. 1.* vel civiles: quæ rur-

ſum vel ordinariæ *Prov.* 18. 18. vel extraordinariæ 1. *Sam.* 10. *Joſ.* 14. & 15. Diviſorias ſortes legitimas judicant omnes JurisconſultiCiviles & Canonici *ad cauſ. 20. quæſt. 2. c. ſors.* Conſultoriæ ſortes ſunt, quando inquiritur, quid in rebus ambiguis judicandum aut faciendum, quæ illicitæ ſunt, niſi Deus extraordinariè præſcribat. Aut enim judicium expectatur â fortunâ, h. e. ab idolo, quod vanitatis & ſuperſtitionis eſt; aut â diabolo, quod eſt Magiæ; aut â DEO, quod eſt præſumtionis. Divinatoriæ ſunt, quæ adhibentur ad prænotionem futurorum. Sunt illæ iterum vel licitæ ſive divinæ vel illicitæ; & hæ rurſus vel vanæ vel ſuperſtitioſæ, quæ ſcil. directo ſunt contra religionem. Superſtitioſæ pertinent vel ad ſuperſtitionem ſimpliciter diabolicã eãq; vel implicitã, vel explicitam de quib. plura *in diſceptatione de uſu aleæ VOETII p m. 40. & ſeqq.* Et *MAJOL. in continuat dier. can. colloq. 2 p. m. 144. & ſeqq.* ibi inſimul quatuor conditiones in miſſione ſortis obſervandas tradit. Vide *& CALV. in ſuo Lex.*

19. Locum autem * habet in illis caſibus, qui aliàs coram judice decidi non poſſunt, aut quando quis in re aliquâ controverſa prærogativa gaviſus eſt. *CARPZ. dec. 164 n. 18.* Et homines quantumvis feroces ſortis decreto acquieſcunt, qualescunq; etiam ſint, præprimis vero Chriſtiani, quia non â nuda fortuna Ethnica fictitia illa Dea ſors dirigitur, ſed â ſupremi rerum moderatoris & arbitri providentia, ubi DEUS quaſi Judex eſt, teſtante Sapientiſſimo Regum SALOMONE,

qui

qui *Prov.16 v.33.* inquit *fortes mittuntur in sinum, dominus vero eas dirigit.* Ideo & firmiter ſtare debet
20 id, quod diviſoria ſorte * deciſum, ut nec in eo Appellatio concedatur *argt. l. 11. §. 4. ff. de Minor. MARANTA in ſpecul aur. de ord. Jud p.6. n.246. CONSIL. MARPURG. vol. 1. conſ.32. n.23.* Ratio eſt, quia
21. * fortuna in hoc mundo non habet ſuperiorẽ BALD. *in l. meminimus 2. C. quando & quibus quarta pars libr. X.* Ejusq; Dux eſt DEUS, ut ex SENECA SCHNEIDEW. *ad §. optionis 23. Inſt. de leg.*
22. tradit. Nam ſors * ex natura ſua ſpecialem continet Appellationem ad Providentiam divinam, à quâ gubernatur, prout ex AMESIO *in caſ. conſcientiæ libr. 5 c.45. quæſt.3. & 6* dicit. SALMUTH *in reſponſ. Jur. pro matrim. Principis cum virgine nobili p.93.* Hinc quia ſorte quis non gravatur, niſi à fortuna (providentia divina), nemo etiam de illa
23. conqueri poteſt. Porro nec rẽſtitutio * in integrum aut reſciſſio contra ſortis deciſionem regulariter non admittitur. MARANTA *d. l. n.247.* RICHTERUS *p.1. dec.68. n.2* quod quidam DD ita extendere cupiunt, ut ne læſio ultra dimidium ſorte diviſionem confectã reſcindat. SICHARD *ad l.3. C. commun. utriusq; jud.* Verum enim vero, alii æquius ſtatuere videntur, qui enormem læſionem in diviſione judicialiter factâ (nam extrajudiciali facilius ſuccurritur STRUV. *exerc.15. §. 16.*) reſcindi poſſe judicant, ſi nimirum dolus aut error intervenerit. FACHIN. *libr. 8. controv. c. 36.* BERLICH. *p.1. concl. Practic.50.* SPEIDELIUS *in ſpecul. Notab. voc.* **Loß /** ubi ſane rationem ex BE-

SOL-

SOLDI *tract.de appell.c.2.n.11.affert*; quod si scivisset tam inæquales sortes esse, jus suum certum aleæ, fortunæq; procul dubio non commisisset arbitrio fallaci.

§. 6.

In §.præcedente diximus, quomodo sorte sit utendum, nempe tempore necessitatis, iisq; casibus, qui aliàs coram Judice decidi non valent,
24 Nunc non immeritò quærimus; *An officia * publica, dignitates, Beneficia &c. ambientibus, sortis judicio conferri debeant?* Regulariter hanc quæstionem negative decidimus, quia sors saltim adhibenda in casibus dubiis, & summe obscuris, qui, ut melius sopiantur lites, ita deciduntur; ubi vero habemus rem pro objecto claram, electio præ sorte arripienda, & quidem ex seqq. (1.) quia Electio regular. etiam jure divino probatur: *Deuteron, c. 17. v. 15. 1. Maccab. c. 8. v. 16. & 14. v. 36.* GERHARD. *loc. Theol. tom. 6. rubr. de magistr. Polit. c. 3. n. 85. fol. 715.* PETRUS GREGOR. *de rep. libr 7. c. 15. v. 8. n. 17.* (2.) ex jure civili *l. 47. in fin. pr. ibi: is qui ex omnibus* IDONEUS *erit, præordinetur,* & ibi *neq; ex sortibus, neq; ex fortuitis circumstantiis, sed ex electione C. de Episcop. & Cler.* merita enim, potius attendenda & alleganda, quam sorti quid committendum *l. generaliter 24. §. 17. in fine ibi: meritis cujusq; allegatis ff. de fidei. commiss. libert.* Sed & (3) jure Can. *text. in c Ecclesia, 3. fin. X. de sortileg. ibi: sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnantes argt. can. non statim 2. Can. hi qui 3. can. non exemplo 4. c. 26. qu. 2.* (4.) illa solum exponi debent sorti, quæ

quæ intellectu & rationis delectu atq; consilio comprehendi & confici non possunt *argt.c. quaritur 22.caus.22.quæst.2.* (5.) sors facile cadere potest in ineptum & indignum, quod epitheta sortis satis superq; indicant, quando dicitur cæca, (quæ nimirum absq; necessitate instituitur) periculosa, incerta temulenta, maligna, iniqua, fallax &c. PASCAS JUSTUS *tract. de alea libr. 2.p. 66.* Hinc illud Germanorum **kafelen**/quasi **kan fehlen und glücken**/ eò quod fortuna sit dubia & inconstans. PARTH. LITIGIOS. VENTUR. DEVALENT. *libr.2.c.5.n.9.in fine.* Non tamen planè removemus sortem, sed in casu plane dubio, in quo non sufficit humanum ingenium aut auxilium, admittimus, ut & supra sic annuimus, e.g. si duo concurrant competitores omni ex parte, quod tamen rarò accidit, pares, & quorum æqualis sit conditio, nempe qui sunt virtute, doctrina, Experientia, aliisq; qualitatibus pares, adeò, ut diligentissima etiam investigatio dignissimum invenire nequeat: tum vel (1.) Superior Magistratus consuli potest *argt.l.1.& t.t.C.de relat. Novell.82.c.14.* ubi Imperator *JUSTINIANUS* ait: *Si quid Judices putaverint esse dubium, damus ei licentiam de his nunciare nobis, & consulere nos, ut discant, quæ necessaria sunt, & ita, quod agendum est, explicant, & faciant justa, simul & rationabilia judicia.* Vel (2.) ob hanc extremam necessitatem sorti demum locus dandus est, *argt.can.non exemplo 4.§.si qui tamen* ibi: necessitate aliquâ compulsi. Hinc prudenter monet *OLDENDORP. class. 4. act. 22. §.sed est ne*

hodie vers. caeterum. Idem erit circa sortes observandum, quod de juramento dicitur: Ne iis, sicut cibo quotidiano, sed velut condimentis utamur, ad ultimum definiendæ quæstionis subsidium necessitatemq;. Vid. GESNER. *ad Ps. 22 p. 2 fol. 234. seq.* GERHARD. *loco Theol. tom. 6. rubr. de Magistr Politic. n. 91.* BALDUIN. *de casib conscient. libr. 3 c. 6. cas. 9. vers. sortes.* TIRAQUELL. *de jure primogenitura tom. 1. quæst. 17 opin. 1* OLDENDORP. *all. loco.* FRANCISCUS MARCUS *dec. 933.*

§. 7.

25. Sed quid dicendum erit, quando * duæ personæ damnantur ad duellum sive pugnam singularem ad probationem veritatis, ita, ut qui vicerit, probavisse intelligatur? Nos casum de publico duello affirmandum putamus, quod ex fine hariolamur, si nimirum finis duelli sit legitimus, cum periculo fundendi sanguinis dignus, & duellum istud instar habeat medii non apti tantum, sed & suo modo necessarii, & qui semel militiæ obligatus est, is utiq; tenetur jussu Ducis talem tueri stationem, in quâ probabiliter prævidet vitam sibi amittendam. Nec vir fortis querelas movebit, si ipsi talia pro imperio injungantur: Facit hûc illud SENECÆ *de provident. c. 4.* Quare in castris periculosa fortissimis imperantur? Dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediuntur insidiis, aut explorant iter, aut præsidium loco dejiciunt: Nemo eorum, qui exeunt, dicit; Malè de me Imperator meruit, sed bene judicavit. Hic enim multorum vita conservatur, qui

alias

alias in eodem verſarentur periculo. Vid. Dn. SAMUEL PUFENDORFF. *in diſput. de obligat. adverſus patriam* §. 12. p. m. 27. De duello trigeminis inde Horatiis hinc Curiatiis permiſſo â Tullo Hoſtilio, & Albano Principe, ejusq́; juſtitiâ vid. BUXHORN. *differt. de Rom. Imper.* 3. § 5 *& ſeq. ibiq; in notis* SCHMIDEL De alio duello vel ſingulari certamine memorabile duorum generoſorum virorum Itali & Germani, ex quo Germanicæ nationis laus & honor admodum aucta, & hoſtibus formidabilior facta fuit. Vid. CAMERAR. *in hor. ſucciſiv p.* 2. c. 20. De Duellorum moralitate exſtat egregium problema Philoſophiſſimi Dni JACOBI THOMASII *P. P. Lipſienſis, quod cum multis accuratis diſtinctionibus atq; diviſionibus perlegi poteſt.*

§. 8.

Sorte quoq́; infligi pœnas certum eſt, quæ ſpecies ſortis in ſpecialem planè ac ſingularem tranſiit appellationem, ſiquidem decimatio dici con-
26 ſuevit, cujus aliquomodo CICERO *pro Cluent.* quæ â TRIPHONIO JCto *in l. Cicero* 39. *ff. de pœnis* citatur, mentionem fecit, *quando â multis*, inquit, *flagitium eſt admiſſum, tunc ſortitione in quosdam animadvertitur, ut pœna ad paucos, metus ad omnes perveniat, modo ſimul omnes pari crimine teneantur.* Nomen hoc ROMANI indiderunt huic ſpeciei ſortis, cum enim in bello unus vel alter exercitus delictum quoddam perpetraret, non in omnem animadverterunt militem, ſed quemlibet decimum ad ſupplicium traxerunt, reliquis impunè

dimissis, quibus benignitate Deorum & fortunæ felicius cecidisset alea. TACITUS *libr.4.Ann.* *c.44.v.6.* ita de hoc modo: *ex fuso Exercitu, cum decimus quisq; fusti feritur, etiam strenui non sortiuntur, & Annal. libr.3.c.21.v.1. ibi: decimum quemq; cohortis sorte ductos fusti necat.* Rationem commonstrat PLUTARCHUS *in vita Crassi*, ubi dicit, *hunc morem minorem damno ignominiam continere, plurimumq; adspicientibus horrorem incutere.* Sed quid si ex pluribus nocentibus unus in alium dolo sortem transtulisset, & promovisset ad mortem, qui postquam is supplicio ultimo affectus esset, in comperto fieret, numne is, qui se ita liberavit, propter hanc fraudem morte afficiendus esset? Suppono hic omnes ultimo supplicio afficiendos fuisse, & inde cum fraude se aliquis liberaverit, & sortem forte transtulerit in alium, capitis pœnâ afficiendum non putarem: Ignoscendũ quippe ei foret, qui qualitercunq; sanguinem suum judicio sortis indulto redimere voluit *argt.l.1. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam sibi mortem.* Imò non videtur esse sine DEI permissione, qui indulsit sortem cadere in nocentem, & alium nocentem voluit liberari. Plura de decimatione invenies apud TIRAQUELL. *de jure primogenitura quæst.17.opin.1.n.52.seq.* Usum modernum hujus consuetudinis habes apud Dn. BRUNNEMANN. *adtit. ff. de reb. dub.* Dn. STRUV. *Exercit.49.§.90.* Dn. CARPZ. *pr.Crim. p.3.quæst.150.*

§. 9.

Quamvis autem ludendi immoderatus pruritus

eò

eò usq; in jure coërcitus sit, ut nec pœnæ stipulatio in ludis illicitis locum habeat, sunt enim tales stipulationes turpes, & non solum ope Exceptionis infirmantur, sed ipso jure & per se nullius momenti sunt *l. generaliter 26. l. stipulatio ff. de V. O.* & per Consequens nec obligatio nec actio inde oritur. ARUM. *disp. 22. ad pracipuas LL. ff. th. 8.* Ad
27 pænam nihilominus * de non ludendo, stipulando amico obligari potest PETRUS SANTER *tr. de Assecurat. & sponf. p. 3. in fin.* utut stipulantis non intersit, si alter ludat, quia maleficiumne fiat, adstringi quis potest pænâ promissa facit huc *l. 121. §. mulier. 1.* ibiq; BARTOL. *& Dd. de V. O.* HAHN. *ad Wesenb. ff. de aleat. n. 4.* Ex hâc enim stipulatione boni mores neutiquam lædũtur, sed magis conservantur. BENEVENUT. STRACCHA *tr. de sponf. §. hic etiam n. 1. p. 210.* PFEIL. *conf. 36.* & ita responsum fuisse meminit Dnus PHILIPPI *in usu practico* â Scabinis Lipf. M. Jul. 1657. ad consultationem Johann Posters Huff-Schmids zu Pegau. Aliter tamen se res habet in casu, ubi mihi promisisti decem, si te vicero in ludo, ibi enim licitum erit Tibi impedire implementum hujus conditionis, & taliter ludere, quod Te non vincam, quia sic videtur tacite esse actum, unde hoc casu non habet locũ regula, de quâ *in l. 24. de cond. & demonstr.* & in regulâ, *cum non stat de R. I. in 6to*, quia dicta regula nõ procedit, quando tacitè actum est quod liceat impedire implementum conditionis, *EVERHAR. in Top. loco leg. à primo ad ultim. p. m. 649.*

§. 8.

28. Hûc recenseri meretur Aleæ Emtio, quæ * â Nostris dicitur, cum incertus emitur eventus v. g. si Piscator jactum retis vendit, vel auceps Pantheram. *l. 8. ff. de contrahen. emt.* Ex quo textu certò colligimus aleam JCtis incertum quid denotare, quæ incertitudo etiam huic emtioni inest, quâ perdit vel lucratur quid emtor. Interim tamen hæc emtio non est conditionalis, sed perfecta â principio, quia spes ipsa emitur. Vid. PETR. NICOL. MOZZ. *de emtione vend. pag. mihi* 380 *n.* 17. Adeoq; non obligatio, sed res ipsa in illam deducta speratur. Sive igitur illa futura existat nec ne, ratione obligationis producendæ nihil interest *vid. d. l.* 8. si vero res jam existit, sed sub dubio atq; incerto eventu fuit promissa; ut si Navis ex Asia venerit, dabo 100. hoc casu obligatio ipsa, non vero res in spe est, & tum demum vires plenissimas accipit, si dubius ille casus, sub quo res est promissa, in Creditoris commodum cesserit, adeoq; interim planè nihil debetur, sed tantum spes est debitum iri per textum expressum *in §. sub condit. 4. Instit. de V. O. l. 13. §. 5. de pign.* Et propter incertitudinem & dubium rei eventum multa rata habentur, quæ alias non subsisterent *l. 1. C. de pact. c. in civitate 6. & c. fin. de usur.* tum etiam, quod sorte fit, mutari nequit, siquidem illa, uti etiam *supra §. 5. n. 20* diximus, in mundo superiorem non habet *Nov. 69. c. 4. §. 1. circa fin.*

CAPUT. VIII.

DE CONTRARIIS.

I. Contra-

1. *Contractibus nihil tam contrarium est, quam metus & dolus.*
2. *Dissimulatio in ludo nocet.*
3. *Dolus nemini patrocinium debet.*
4. *Dolus in ludo punitur ut furtum.*
5. *Ludens cum doloso pecuniam perditam repetit.*
6. *Ludus fit illicitus per Spiritum familiarem* durch ein Spiel-Teufelgen.
7. *Quæstus & lucri causa ludi non instituendi.*
8. *Per vim & metum vitiatur ludus.*
9. *Victor per importunitatem victi lucratur pecuniam*
10. *Quid de blandiente?*
11. *Falsa Nummismata in ludo non penenda.*
12. *Confirmatur per Responsum Lipsiense.*

1. Contraria quod concernit, videmus * contractibus & conventionibus & consequenter lusionibus nihil tam contrarium esse quam metum & dolum *l. 116. de R. J.* quapropter (1.) absit
2. dolus *l. 1. verbo absq; dolo C. l. fin. hic.* Et quidem * sine dissimulatione, nam qui illum dissimulat, quo trahat alium imperitiorem ad ludendum, peccare, & ad restitutionem teneri scribit NAVARRUS
3. *in suo manuali c.* 19. quia * dolus nemini patrocinium debet. COVARRUV. *in reg. peccatum p.* 2. §. 4. *n*4. Et ejusmodi dolus per jura etiam punitur, uti
4. * Scabini Lipsienses haben 2. Becken-Knechte mit einen armen Manne gespielet / und Ihme sein Geld durch Betrug abgewonnen / und sind derohalben gefänglich eingezogen worden / so mögen

gen Sie derselben Ubelthat halber / so Sie sich anders darzu bekennen oder überführet würden / nach Diebstahl recht wohl gestraffet werden V. R. W. Nam si dolo quis ad ludum adigitur, &
5. ludendo * perdit pecuniam, illam repetere potest, Judexq; tunc officium suum impertiri tenetur vid. *KöNIG c. 57. §.* es mag aber durch ein statut oder Gewohnheit. Et *BART. in verb. lud. n.* 48. si vero id, quod dolo ludendo perdidit, non dum solvit, sed saltim promisit, Judex victorem ab actione statim repellit, ratio est, quia agens agit ex turpi causa, igitur depellendus est *l. mercede C. de condict. ob turp. caus.* Jure Saxon. textus est expressus *in art.* 100, Weichbild ibi: wenn es (scil. die Schuld) umbs Spiel ist / da darff Er Jhme nicht antworten / und der Richter auch nicht.
6. Porro ludus * non valet, si aliis adminiculis illicitis ludens victoriam obtinuit, e g. per Spiritū familiarem durch ein Spiel-Teufelgen / ubi is nō solum nihil lucratur, quia artes Magicæ tollunt prorsus omne id, quod ex ludo percipi debuit commodum, cum & alter rebus suis fraudetur, ipseq; non nisi nocendi alterius causa agit, verum etiam, contra illum criminaliter inquiri potest, uti responderunt Lipsienses M. Xbr 1662. nach Reichenbach an Augustin Daßdorff Schönfärber: hat Zacharias Meyer Bürger und Färber zu Reichenbach sich unterschiedlichen verlauten lassen / Er habe ein Teufelgen / und wolle es verkauffen / gestalt Er auch / wenn Er gespielet / immer das Geld gewonnen / dahero man endlich

mit

mit Ihme nicht mehr spielen wollen / Er zieht denn den Rock aus / welches wann es erfolget / er zusichtiglich verspielet: Innmassen Er sich eins-mahls vernehmen lassen / man solte Ihn 15. gr. geben / Er wolte damit die Kegel schieben / und strack 1. Thaler wieder bringen etc. dafern nun gnugsame Indicia wider Meyern verhanden / so ist die Obrigkeit inquisitorie wider Ihn zuver-fahren schuldig V.R.W. vid. Dn. *PHILIPPI in suis observ. ad dec. Elector. p. 1269.* Dolus autem, quibus modis contingat, vid. latius apud *MOLIN. disp. 517*
7. *n. 1.* II. Etiam quæstus * & lucri illiciti causa non possunt institui *l. 1. vers. qui artis ludicræ l. 2. §. fin ff. de his qui notantur infam l. 1 §. 6. de postul.* quia & qui lucrum illicitum petit, in dolo est. III. Lu-
8. dus etiam vitiatur, quando * aliquis per vim metumve attrahatur, quia neq; hæc res dolo caret *l. si legator. de dolo*, & tenetur tunc cogens restituere, quod in ludo accepit; nam hoc injustum est, aliquem adeò dirigere, ne prius à ludo discedat, donec tot vel tot vicerit, nobiscum quoq; sentit *GUILHELM. in l. Juris Gentium §. Prætor ait ff. de pact.* Ludentes siquidem proprio motu & instinctu convenisse necesse est; Prætor enim contra tales attrectatores ita pronunciat: *In eum, qui aleæ ludendæ causa vim intulerit, uti quoq; res erit, animadvertam, ut aut multa multetur, aut in Latomias vel in vincula publica ducatur l. 1. § fin. ff. h. t.* Latomiæ quid sint vid. apud *CALVIN & COTT. in memorial. in verb Latomia.* Et hæc de victo. Sed quæritur, si quis
9. coactus fuerit * ad ludendum per importuni-

tatem victi, multumq; pecuniæ lucratus fuiſſet, num ad reſtitutionem teneatur? Reſpondetur quod non, quia in odium aleæ victus ob adhibitã vim nullam actionem habet, ludus enim ſit actus liber & ſpontaneus, non coactus & invitus, quippe qui ex conventione dependet, *uti ſupra* §.1. *c*.2. diximus. In hac ſententia nobiſcum quoq; eſt *INNOCENT. in c.plerig. de Immunit. Eccleſ. & ad c. Clerici de vita & honeſt. Clericor. add. Dd. in c*.29.*X. de Præbend. & in c. fin*. 20. *quæſt*. 30. Et non ſolum hoc
10. procedit de dolo, verum etiam * de blandimentis, wenn einer mit guten Worten zum Spiel gereitzet wird. Qui enim aliquem blanditiis, ſuaſionibus, & illecebris ad ludendum abducit, compellere dicitur. Compellentes autem alios ad ludendum extraordinarie puniri debent, verba expreſſa Edicti habent, *in eum*, inquit Prætor, *qui aleæ ludendæ cauſa vim intulerit, uti quæq; res erit, animadvertam l*.1.*in pr. &* §.4. *ff. de aleator*. Et ſic non ſolum ejusmodi ludus eſt irritus, & victus perditam pecuniam repetere valet, verum etiam ludens victor ut compulſor punitur. *CACCIALUP. de lud. n*. 62. *vers. & quidem modern. DANHAUD. pr. crim. c*.126.*n*.12. *PARIS DE PUTEO in tr. de lud. n*. 44. *in fin*. qui in ſpecie de luſoribus *AZARDI* illud obtinere dicit, ut, dum blandis artibus viatores adventantes ad ludum provocant, in principio pecunias ſe perdere fingunt, ex poſt facto autem omnia ad ſe trahunt, eâdem, quâ compulſores, pœnâ affici debent, referente *FARINAC. de variis ac divers. crimin. quæſt*. 109. *n*. 76. Et hi ſunt,

quos

quos vulgus die Spitzbuben/ Doppler appellare solet. Vid. Dn. *STRYKIUS in disp. de Saccular, c. 2. n. 17* Hoc autem ita intelligi cupimus, ubi quis precibus adeò vehementibus attractus fuerit, ut rem suam periclitari, quam tantis molestiis affici maluerit. *LEONHARD. LESS. de I. & I. libr. 2. c. 26. dub. 2. n. 12.* Si vero modicæ blanditiæ adhibitæ fuerint, cum Glossa *in l. 1. pr. in verb. animadvertam ff. de aleat.* statuimus, blandientes non in rigore, cum compellentibus puniendos esse, sed aliquantulum mitius, siquidem blanditiis invitatus lusum recusare potuisset, *ANTON. MATTHÆI de Crim. p.*
11. 291. *FARINAC. d. l. n. 77.* IV. Annulatur ludus * falsis Nummismatibus, in quæ ludentes non cōsentiunt; nam eum in finem ludunt, ut pecuniā validam ad commessationem vel aliam recreationem licitam impendere possint, & qui falsam pecuniam in ludo apponit, crimen falsi committit. Hinc statim apparet, quid de Germanico isto sit statuendum; auff den Spiel gilt alles.
12. Nostra sententia stabilitur * â Scabinis Lipsiensibus sequente præjudicio: hat B. W. im Gasthofe bey Euch unter Licht einen uns zugeschicketen geprägten Zahl-Groschen vor einen Gold Gülden gegen einen Gülden Groschen/ dargegen auch 2. gantze güldene Groschen genommē/ und zu sich gezogen / und hat überdas allda auff den Spiel kleine weisse Zahl-Pfennige / deren etliche Ihr uns auch übersendet/ als wären es drey Pfennig Gröschlein / in die 20. Meißnische Groschen werth / wo sie rechtschaffen gewest/ unter

anderer Müntze eingeschoben / so wird gedachter W. von wegen solcher seiner Begünstigung/und von Ihme vorsetzl gelibrte Falsches billich mit Ruthen ausgehauen/ und aus euren Gerichten verwiesen/ item wo Hannß N. gläublich möchte darthun/ daß Er den uns uberschickten Ort(welcher bleyern gewesen) uffn Spiel gewonnen/darzu Er Ihn denn wiederumb gebraucht/ und sonst nicht ausgeben wollen / so were Er mit den erlittenen Gefängnüß gnugsam gestrafft. Vid. *DN. MARSMANN, in sua Metrologia & Miliologia libr. 2. p. 50. & 51.*

CAP. ULTIMUM.

DE ACTIONE.

1. *Repetitio in ludo licito cessat.*
2. *Nisi pecunia sit alterius.*
3 *Lex civilis non definit contractum lusionis irritum.*
4 *Sed in pœnam actus illiciti concedit victo solutæ repetitionem.*
5. *Non tamen ante sententiam.*
6. *Ratio.*
7. *Triplici via obligamur.*
8. *Victus ex ludo quomodo obligatus.*
9. *Condictio ex lege quid.*
10. *Quæ etiam extra ordinem in ludo illicito locum habet.*
11. *Sententia Perezii de hoc.*
12. *Renunciatio in ludo non valet.*
13. *Describitur condictio ex ludo illicito.*
14. *Analysis actionis.*
15. *Victor non potest victum convenire de pecunia nondum soluta.*

16. Neq.

16. *Neq; illius haredem.*
17. *Contra legem committens, frustra legis auxilium implorat.*
18. *Quare Victo non victori detur actio.*
19. *Parenti & Domino ad repetendum conceditur hac actio.*
20. *Pater etiam habet furtivam, ut & de servo corrupto, & alias plures actiones.*
21. *Lusores ipsi admittuntur ad probandum.*
22. *Ludens falsis taxillis duplex crimen committit.*
23. *Contra Parentes ex Edicto datur utilis actio.*
24. *Contra Dominum actio de peculio.*
25. *Redhibitioni non datur locus.*
26. *Tutor pro suo pupillo agit contra quemlibet possessorem.*
27. *Concreditam pecuniam ludendo perdens fustigatur.*
28. *Formula, ubi pater loco filii agit ex altera Edicti parte.*
29. *Unusquisq; ex populo agere potest, ut & Magistratus.*
30. *Preprimis vero Regis vel Principis Advocatus Fisci, alias Cameræ Procurator dictus.*
31. *Est res abominabilis alea.*
32. *Formula ipsius.*

§. 1.

ULtimo loco necesse est, ut dicamus de actione, quæ ex hâc conventione sive hoc contractu, actu ludendi jam consummato descendit, siquidem ludentes ultrò citroq; consensêre, quod mihi statim obligationem de aliquo dando

vel faciendo denotat. Fiat autem in ludis licitis & juxta præscriptum â *JUSTIN. in l. fin. Cod. de aleat.* formam, tunc non solum * repetitio cessabit
1. *l. solent §. 1. de aleat.* verum etiam victor, quod expositum est, lucrabitur, & agere permittitur *l. si gratuitam* 17. *§. si quis ff. de P. V.* nisi pecunia * quæ
2. ludo deperditur, fuerit alterius, tunc poterit repeti, sic Mens. Nov. 1576. respondit referente Dno *BECHMANNO in suis not. practicab. b. n.* 86. collegium Jenense, Quæstori cuidam, cujus Pincerna cum tabellario Dresdense ludendo 70. florenos perdiderat, summam istam Domino restituendam esse. Vid. Dn. *BRUNNEMANN. Cent. 4. dec.* 8.

§. 2.

Victus igitur traditione Dominium in Vicentē transtulit, uti habemus expressum textum *in l. 20 C. de pact.* Et quamvis rem, de quâ ante lusum convenerunt, non dum tradiderit, nihilominus obligatus manebit, quia pacta dant legem contractibus *l. 1. §. 6. ff. deposit. l. 23. ff. de R. I.* & grave est, fidem datam fallere *l. 1. ff. de constit pec.* imò nihil magis congruum est fidei humanæ, quam servare ea, quæ placuerunt *l. 1 ff. de pact l. 20. C. de transact.* Ideò & Victor justè rem in ludo lucratam retinet, *uti §. 5. sequ.* docetur. Nam quamvis lex civilis alearum lusum prohibeat, non tamen effi-
3. cit, nec * definit hunc contractum nullum, aut irritum, nec prohibet Dominium â ludente ac-
4. quiri, sed solum * in pœnam actus illiciti concedit victo soluti repetitionem, non propria autori-

toritate, cum nemo sibi ipsi jus dicere debeat, sed
5. competentibus actionibus. Unde ante * sententiam Judicis non obligatur victor restituere quod accepit, (nisi malis artibus fuerit usus) quo-
6. niam ea * res ad pœnam spectat, quam nemo subire tenetur, etiam in conscientia, ante sententiam, *COVARRUV. ad c. peccatum p. 2. §. 4. n. 2. & 3. LESSIUS de T. & J. libr. 2. c. 26. dub. 3.*

§. 3.

Diximus in præcedente thesi victum obligatum esse victori contraq; illum posse actionem institui, quo autem actionis genere fieri debeat po-
7. nendum. Notum alias erit, triplici * via nos obligari, aut enim obligamur ex contractu, aut ex delicto aut ex lege. Si ex stipulatione obliga-
8. tus * est victus, quod sc. hâc interpositâ sibi invicem caverunt, quod alter alteri velit dare id, quod in ludo depositum, tunc vincens aget ex stipulatu, si vero obligatur ex contractu literali: quando scil. finito ludo ad debitum certum solvendum se chirographo obligavit, si vero neq; ex stipulatu neq; ex literali contractu, necessum erit obligatum esse ex lege, ex delicto non esse obstrictum, vix est, quod dubitari possit.

§. 4.

Summo genere jure id, de quo lege permittente lusit, victor â victo potest petere. Definimus
9. autem condictionem * ex lege ex Dno *STRUV.* ita: quod sit actio in personam, quâ id dari oportere intenditur, quod debetur ex obligatione civili, quæ introducta est nova lege, non exprimente

mente, quo genere actionis experiundum sit *l. un de condict. ex lege vid. l. 35. §. ult. C. de Donat. junct. Novell. 162. HAHN b. n. 3. TREUTLER. disp. 23. vol. 1. §. 1. PEREZ in Cod n. 6. b.*

§. 5.

Postquam egimus de actione instituenda ex ludis licitis, dicere quoq; nos convenit obligationem & actionem, quæ ex ludis illicitis potest institui. Primo statim loco an victor acquisiverit Dominium in illâ re, quam ludendo lucratus est quærimus? Nos ludum quendam esse respondemus, qui, quamvis injuste celebratus, nihilominus victor, quod solutum accepit lucrum, tũ jure naturali, tum jure civili secum retinere potest, donec victus repetat. Dn. *HAHN* hîc, quod condicit tanquam pecuniam debitam *CUJAC. in paratit. b. t* Regulariter quidem condictio hic non haberet locum ex hâc ratione, quia utriusq; turpitudo, ubi semper potior habetur ratio possidentis, uti videmus in pecunia meretrici data, cui aliquid dare legibus est prohibitum quando tamen ei jam datum est aliquid, juste hoc retinet

10. *l. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. causam*, sed sit planè * extra ordinem, irregulariter, & in odium aleæ,

11. *HAHN hic n. 4* ideò & *PEREZIUS* * *ad Cod. de aleat. n. 1.* dicit, dari saltim quasi condictionem ei, qui victus alea sciens ultro solvit. Etiã hîc renunci-

12. atio * non valet, quippe quæ infavorem publicum est introducta, cui privatus vix ac ne vix quidem præjudicium facere poterit *l. 38. ff. de pact*

§. 6.

Ut

Ut autem ad condictionem nostram propius ac-
13. cedamus, describamus illam h.m. quod sit actio* personalis civilis popularis, quæ datur illi, qui ludo illicito aliquid perdidit atq; solvit, ejusq; hæredibus contra vincentem illiusve hæredes ad repetendum id, quod est datum aut solutum.

§. 7.

14. Rationem nunc addimus, quare * per actionem personalem descripsimus, sc. quia victus ut actor intendit dari sibi aliquid, & si instituit condictionem, quæ est actio in personam §. 15. *Inst. de action. l. 1. C. h.* Civilis est, quia in illa jus Prætorium sibi nullas vindicat partes; τὸ civilis autem sumimus hic latissime, *uti in l.* 20. *§. fin. ff. de O. & A.* ponitur *l.* 42. *§. 1. eod.* Datur autem illi, qui ludo illicito aliquid perdidit *l. 3. C. h.* illiusve hæredibus, quia est reipersecutoria *l. 4. §. fin. ff. de alien. jud. mut. caus.* contra vincentem illiusve hæredes, cum descendat aliquo modo ex cōtractu, utut jure civili ratione effectus, invalido, actiones vero ex contractibus venientes in hæredes dantur *l. 49. ff. de O. & A.* & quidem recte, quia lucrum ex illa pecunia victoris hæredes senserint, vid. hâc de re SCHNEIDEW. *ad §. 6. Instit. de action.* Non autem semper hæc contra illos datur, siquidem 50. annorum spatio excluditur, illiq; præscribitur *l. 3. C. h.* Et hæc de victo. Victor autem victum ludo con-
15. venire * non potest, ut solvat pecuniam perditam, non dum solutā, uti & responderunt JCTI WITTEBERGENSES 1547. &c. einer soll Zahl-Pfennige vor Gold-Gülden oder Gold-

Kronen uff das Spiel aufgesetzet haben / der wird uff Betrug und fälsch beklagt / Er aber excipiret / uff Spiel soll nicht geurthelt werden / und als Ihr uns Klage und Exception N. so Klägern an einen / und Hanß Hammerschmidt beklagten andern Theils zugeschickt habt und gebethen / euch des Rechtens darüber zubelernen / demnach sprechen wir verordnete Dd. des Churfl. Sächßl. Hoff-Gerichts zu Wittenbergk vor recht / daß Beklagter auff die Klage zuverfahren nicht schuldig V. R. W. (Intelligendum autem est hoc de summa quam lex ludentibus expresse prohibuit ex quo fundamento & *PARIS DE PUTEO in tr. de ludo n. 21* se obtinuisse scribit pro quodam Equite; qui in pilæ ludo promiserat facto desuper instrumento 800 aureos, quod & allegat *DN. MARSMANN: in sua metrologia & miliolo-*
16. *gia libr. 2. p. 52.*) multo minus * illius hæredem, uti hoc apparet ex LandR. *libr. 1. art. 6.* der Erbe ist nicht schuldig zugelten dasjenige was der verstorbene verspielet / vid. Dn. *STRUV. Exerc.* 15. §. 57. Et sic interpretandum illud quod in Weichbild *art. 101. dicitur*, kein Richter soll richten über gedoppelt Spiel / quia agens propriam turpitudinem agendo allegat, dum per ludum illicitum pecuniam â victo non dum solutum lucratus fu-
17. erit; & si contra legem commisit, ergo & * frustra legis auxilium implorat *arg. cap. quia frustra*
18. *X de usur.* Quod vero * victo non victori detur actio, contraq; illius hæredes, fit hoc in odiũ aleæ, deinde etiam illius hæredes ex pecunia lucrata

crata lucrum insimul sensêre, uti *supra* diximus, post contra hæredes dari, si fraus in ludendo intervenerit, vel quis alterum solicite ad ludendum incitaverit. *STRUV. allegat. loco.* Et hic victus est persona favorabilis, dum perditam pecuniam condicere, victor vero lucratam minime petere possit, quia contra eum, illiusve hæredes licitè agitur. Et non habet, unde se defendat, quicquid etiam perducat; turpiter tamen se rem gessisse concludet; quod secus est in victo, quia, dum victor actionem instituit, exceptio statim ipsi parata extat, contra me tibi non competit actio, per jura manifesta.

§. 8.

Parenti vel Domino ad repetendum id, quod in ludo deperditum, atq; â filiofam. vel servo injuste
19 fuerit solutum *l. ult. §. 1. ff. h. t.* conceditur * quoq; hæc actio, siquidem hoc in passu pater & filius pro una persona habentur *l. fin. C. de Impuber. & al. substit.* quia damnum, quod filius aut servus passus est per ludum maxime ad eos, sub quorum pietate degunt, pervenit, imò pater non solum
20 repetere, sed actione * furtiva contra lusores agere potest. *BALD. in rubr. C. de condict. ob turp. causam*, ibiq; etiam *JASON.* item & actionem de servo corrupto instituere potuerunt, si vero falsitas dolusve adhibitus fuerit, criminis falsi, aliquando stellionatus potest accusari. Et si non liquidò constet de pecunia quodquis falsis taxillis amisit, lusores * ipsi & barratarii ad proban-
21 dum admittuntur, & hoc fit in odium erga aleatores.

tores. *FARINAC de oppos. contr. Pers. Test. libr. 6. quæst. 56. n. 51.* qui alias regulariter repelluntur n.
22. 427. Et quilibet qui * falsis aleis utitur, ludit & fallit, geminum crimen committit, & crimen falsi & crimen furti: crimen quidem falsi exinde committit, quod re falsa utatur, *argt. l. arbitrio §. de eo & quod ibi not. ff. de dolo:* Crimen vero furti committit, quod nihil intersit inter lucrum dolosum & lucrum furtivum: in neutro enim licet pecuniam acquisitam & lucratam sibi tenere & reservare *argt. l. falsus in pr. ff. de furt.* Ideò & meritò ejusmodi falsus aleator duplici pœnâ afficiendus erit, primò, ut falsarius, postea ut fur, ad arbitrium tamen Judicis: semper tamen ad restitutionem est agendum, quia solius vincentis semper adest turpitudo. BART. *in rubr. C. de condict. ob turp.*
23. *causam.* Contra parentes * vero & Patronos repetitio ejus, quod in alea lusum est, utilis ex hoc edicto danda est, *l. ult. §. ult. h.* At si servus ex
24 aleâ pecuniam acceperit, dabitur in Dominum * actio de peculio, ut Dominus præstet non quatenus in peculio est, sed quatenus ex ea re in peculio est, non autem datur noxalis actio, quia hæc repetitio oritur ex negotio gesto, dum scil. alter pecuniam numerat & tradit *l. ult. § 1. idem si servus h.* De servo emto, qui lusor est, incidenter saltim
25. quærimus, num * redhibitioni locus sit? Nos statim hoc negamus, quia ob vitia animi non datur *l. 1. § 10. ff. de ædilil. edict. l. 4. in pr. eod.* ubi ULPIAN. vitium tamen esse, sed vitium animi non corporis, ideoq; redhiberi non posse; quoniam

ædi-

ædiles de corporalibus vitiis tantum loqvuntur, non etiam animi, competit tamen hoc casu actio ex emto vel quanto minoris. Quoniam conjuges, vel liberi, si pater pecuniam perdidit, ut legitimum habere non possint, valeant agere, vid. apud TIRAQUELL. *de LL. connubiat. Glossa* 5. *n.* 81. FARINAC. *quæst.* 209. *n.* 187. DÖRING. *in sua Bi-*
26. *bliotheca sub verbo alea n.* 81. Tutor * etiam pro suo pupillo in hoc pupillo agere potest contra quemlibet possessorem, qui pupillarem rem ex ludo possidet, sic R. Jenenses &c. haben zwene Gesellen euren Mündlein etlich Geld und Kleinod aus ihrem Hauß dieblich entwendet / und das Geld hernach an etlichen Orten verspielet / so sind auch diejenigen / so das gestohlene Geld auff den Spiel gewonnen / daßelbige Euch als den Procuratoren der verlobten Frauen zu recht wieder zugeben verpflichtet / V. R. W. Et qui lucratur pecuniam á filiofam. vel famulo, præsumitur scivisse pecuniã fuisse patrisfam. vel Domini. ALCIAT. *præsumt.* 29. *reg.* 3. *n.* 6 Et *in art.* 6. *libr.* 3. Land R. dicitur: verspielt ein Knecht seines Herrn Gut / versetzet oder verkauffet es / der Herr mag wohl das seine fordern mit recht / also daß Er darzu ziehe / das recht ist. vid. *plura supra c.* 3. §. 8. Quando
27. vero quis pecuniam * á suo Domino concreditam ludendo perdit, literasq; commissas aperit, fustigatione meritó punitur, uti R. Lips. dieweil N. die Brieffe die Jhm vertrauet / eröffnet / und das vertrauete Geld verspielet / so wird Er derowegen mit Ruthen billich ausgehauen / und aus euren Gerichten verwiesen / und wo Er sich trotz-

licher Worte vernehmen liesse/ so möget Ihr Ihn in Gefängnüß halten/ biß daß Er gnugsame Versicherung mache/ sich an gleich und Recht begnügen zulassen. Formula * autem, ubi pater loco filii ex altera parte edicti de aleatoribus agit, ita formari potest &c &c. kan nicht unberichtet lassen/ daß als unlängsten sein Sohn mit N. auff der Karten Lust und Ergötzligkeit halben gespielet/ und den ersten Ansehen nach ein ehrliches gewonnen/ N seinen Sohn genöthiget/ und zu Verhütung allerhand daraus entstehenden Gefährligkeiten dahin gezwungen/ daß Er Ihn das Spiel (wie die Spieler zureden pflegen) aushalten und revanche geben müsse/ damit aber nichts anders verursachet/ als daß Er nicht allein dasjenige/ was Er zuvor gewonnen/ wieder verlohren/ sondern auch noch darzu von den Seinigen an die 50 fl. verspielet. Weil aber Er als der Vater dergleichen seinen Sohn nicht gestatten könne/ und sich aus denen Rechten informiren lassen/ daß Er nicht allein dasjenige/ was sein Sohn verspielet/ condiciren/ und wieder fordern/ sondern auch/ daß dergleichen Zwang nach Gelegenheit der Person mit Geld-Busse oder mit Gefängnüß bestraffet werden könne/ sich deshalben *ad l. fin. §. 2. & l. 1. pr. de aleator.* beruffende/ als will Er nicht allein gebethen und gesuchet haben N. N. dahin anzuhalten/ das Geld/ so sein Sohn verspielet, wieder heraus zugeben/ sondern Ihn auch willkührlich zubestraffen.

§. 9.

Quando autem nemo ex his Perſonis actionem hanc adhibere deſiderat, aut forſan non poteſt,
29. tunc unusquisq; * ex populo ad eam eſt admittendus *l.1. C. h. t.* quapropter etiam dicitur popularis, quia ſuum jus populo tuetur *l.1. ff de pop. act. l. un. §. 9. ne quid in flumine publ.* Quærimus autem, ſi unus ex populo inſtitueret hanc condictionem, acciperetq; â victore, quod victus ludendo perdiderat, ad quemnam ſpectaret hæc pecunia? Putamus in dubiis cauſis ſuper favendum eſſe piis cauſis, ut favorabilioribus, tutius enim & conſcientiis ſecurius eſſe, ſi pecunia ludo acquiſita in uſum pauperum erogetur, tradunt *GLOSS. & Dd. communiter in c. Clerici in verb. ad aleas de vit. & honeſt. Cler. per c. non ſane 15. in fin. cauſ. 14. quæſt. 8. RAUCHBAR. p. 2. quæſt. 25. n. 92.* Reſtringitur aliquo modo, ſi ſcil. pecunia fuit non in ludentis poteſtate, ſed fuit Patris vel Domini, tunc quoq; Patri vel Domino reſtituitur. Ceterum ut dictum, ſi eſt ſui juris ac in ludendo aſſiduus, pecuniam rectiſſimè pauperibus diſtribui cenſet *PETR. GREGOR. libr. 39. c. 3.* & convenit reſponſo ſupra adducto, niſi tamen is, qui lucratur, fraude in ludo uſus fuerit, tunc ut rapina & furtum Domino amittenti debent amiſſa reſtitui *c. 15. c. 14. quæſt. 5.* Et ſi nullus repetierit, tunc ex officio condictionem inſtituat Magiſtratus, ſi omiſerit, tenetur ad intereſſe. *CHILIAN. KöNIG Proceſſ. Judic. part. 2. c. 34. n. 4.* Jure vero Sax. Magiſtratus loci tenetur inhibere ejusmodi ludos illicitos ſub pœnâ centum thalerorum, quæ pœna

na postea ad pias causas est eroganda *vid. Ord. Pol. nov. Sax. tit. 8. §. 4. pag. m. 123.* Præprimis vero a-
30 gere potest & debet * Regis vel Principis Advocatus, alias Procurator Cameræ dictus *l. 3 in fin. C. de aleator.* qui omni modo, omniq; spe niti debet, ut non solum Principis ærarium augeatur quod diu *IMPP. VALENT. THEOD. & ARCAD. l. 5. C. de mod. mulct.* comendarunt, verum etiam, ut vitia in regno Principatuq; tollantur, & si actionem suam fiscalem contra aleatores ex officio non instituit, perditasq; opes cum multa debita non reposcit, officium suum perdere dicitur *AUTH.*
31. *alear. usus ad finem.* Abominabilis namq; * est res alea, multa sub se comprehendens crimina, quæ sequentibus contenta sunt versiculis.

Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt
Ecclesiæ Spretus, usuraq;, rixa, rapina
Scandala, tum nugæ Blasphemia, tum faciendi
Furti doctrina, violentia, copia falsi,
Et mortis causa, deceptio, perditioq;
Temporis, & desiderium, corruptioq; ingens
Istis prædictis adulatio, vitaq; turpis.

Euucleationem horum vide apud *HOSTIENS in summa de Excessib. Prælator* Videatur & *D. AMBROS.*
32. *libr. de Tobia c 11.* Forma vero * petitionis Fiscalis adversus lusores competens talis esse potest: &c. N. Fiscal saget/ daß Er in Erfahrung kommen/ daß unlängsten N. glaubwürdig mit N auff der Karten gespielet/ und denn in die 500. fl. verlohren/ ob nun gleich N. die verspieleten 500. fl. von N. wieder zu fordern nicht gemeinet/ sondern

seines

seines Theils dem Unglück diesen Verlust zuschreiben will / dennoch aber und dieweil dergleichen übermäßige Geld-Spilterung wohl u heilsamlich in denen Rechten verbothen und klagender Fiscal, tragenden Ambtshalben nach Anleitung des *l.fin.C.de aleat.* gebühren will/ dergleichē verspielete Gelder / dem gemeinen Wesen oder den Armuth zum besten von dem Spieler zufordern/ als will Er hiermit vom Beklagten deutliche Antwort gefordert / und darauff zuerkennen und auszusprechen gebeten haben/ daß N. die 500 fl wieder heraus zugeben schuldig / und solche an den Kirchen-Bau oder an andere nothwendige gemeine Unkosten zu verwenden ꝛc. Obiter hoc adjicio, quod denunciator in Processu Inquisitorio ad testificandum ipse admitti debeat, si nimirum dixerit, se has vel illas personas ludentes invenisse, *BARTOL.in l.divus 3.ff.de custod.reor.CARPZ p.1.const.10.def.66.n.3.*

§. 10.

Posuimus supra hanc nostram actionem dari in hæredes, & simul esse popularem, quod contra illam est, siquidem illa neq; in hæredes datur, neq; supra annum extenditur (2.) hâc actione petitur pœna *§ pœnales Instit.12. de Action.* cujus vero illa sit, invenies apud Dn. *STRUV. Exerc.48.§.117* in nostra autem contra aleatores, petimus rem. Sed respondemus, quamvis actionum popularium, ut apparet, tales sint effectus, ex quibus, non possumus videre, nostram posse dici jure popularem, nihilominus cum aliquid singulare ob odium erga aleatores censemus. Quando vero

 plures

plures ad Prætorem accedebant, tunc ille, ne actio planè inutilis fieret, atq; impediretur, debebat magis idoneum eligere *l.2.ff. de pop. act.* GOTHOFRED. *in not.* vid. *FABER.libr.3.c.10.& libr.7.c.4.* *GELL.libr.2.c.4.* qui fusè de hâc electione loquitur, eamq; in specie appellat divinationem cum *GABIO BASSO*, quoniam divinare quodammodo judicem oporteat.

Et hæc de spinosa ac abstrusa Juris materia dicta sufficiant. DEO Ter Opt. Max. cujus ope meum laborem incepi, gratias jam habeo maximas pro Spiritus sui assistentia, concessisq; viribus. Interim Te, B. L. divinæ benedictioni commendo, vale & vive, quod omnibus votis pro Te cupio atq; exopto, & si non in omnibus satisfactum; tamen ut in ludo pilæ alterius est commode mittere, alterius etiam, si quid eratũ est, quam bellissime excipere & arte corrigere: sic æqui Lectoris putabis flectere quædam in benigniorem partem. Sicq; pœna mihi erit doceri. Nemo enim est mortalium, quẽ nõ aliqua pars ignorantiæ attingat: Hanc siquidem contagionẽ ex ipsa mortalitate traximus; Nam homo cum errat, humanitus errat. *argt. l.12. ff. de legat. 3.* Errorẽ autẽ in homine calumniari, est toti ipsi mortalitati convitium facere secundum istum Sapientẽ.

Inveniat quod quisq; velit, non omnibus unum est
Quod placet? Hic spinas colligit, ille rosas.

Cum vero tractatum hunc gratum fuisse cognovero, propediem Tibi B.L. *Libellum de jure Carrucarum*, von Corretze und deren Gerechtigkeit/ qui erit glossema sive comentatio brevis ad L. un. C. de vehiculis honoratorum, comunicare destinavi. Iterum vale.

Sequitur Mantissæ loco

Tabella ludorum species, & quidem usitatiores sub se complectens;

Et sunt ludi vel

Græcorum
publici, in honorem Deorum
Pythia, in honorem Apollinis. *Ovid. libr.* 1. *Metamorph. fab.* 12 *Macrob. libr.* 1, *Saturn. c.* 17, *circa fin.*
Olympia, â Pelope orta in honorem Jovis. Agebantur quinto quoq; anno vel quinquagesimo mense. Ideo & tempus quinq; annorum Olympiadem dixere.
Nemea ab Hercule, occiso Leone Sylvæ Nemeæ in honorem Jovis instituta fuisse ferunt. Erant Equestres Ludi Gymnicis certaminibus mixti, singulisq; trienniis repetiti. Victores Apio herba funebri coronabantur.
Isthmia, in faucibus Isthmi Peleponnesi, â quo & nomen habent. in honorem Neptuni primum celebrata, in quibus tantus honor victoribus habebatur, ut in urbe reducis per stratas murorũ ruinas exciperentur. Hinc & *Vitruvius libr.* 9. *præfac.* Nobilibus Athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum majores ita magnos honores constituerunt, ut

 cum

cum reverterentur in suas civitates cum victoria triumphantes, quadrigis in mœnia & in patria revertantur. Unde *SENECA libr. de benefic. c.5.* Quid habet per se corona pretiosum? quid prætexta? quid fasces? quid tribunal & currus? Nihil horum honor est, sed honoris insigne. Rationem politicam horum ludorum dicet *ex gravissimo illo Pædagogo Palatino Saavedra Symb. 42. p. m. 321.* Plura genera recenset *Meursius in libello de ludis Græcorum. Doctus Scaliger. Ravisius Textor Theatr. Histor. libr. 4. c. 104. Masenius Palæstr. Styl. Rom. l. 4, c. 33.*

Privati

Pyrricha vel Pyrrica vid. *Antiquit. Ros. libr 5. c. 25. Claudian. de VI. Cons. Honor. Paneg. vers. 621. ibiq. Clariss. Barth. in not. pag. m. 885. Tract. nostrum supra c. 2. §. 10. n. 42. Gothofred. ad l. 8. §. 11. ff. de pæn. lit. K.*

Dolichus hinc Dolichodromi. *Rosin. libr. 7. cap. ult. in fine.*

Opletes

Penthathlum sive Quinquertion, quo pertinent

Jaculatio

hastæ

pili, fuit postea proprium Romanis militibus gestamen. *Ros. lib. 10. c. 10.*

Cursus

Rho-

Rhedarum
Carpentorum
Quadrigarum
Bigarum
Equorum Dossariorum
Puerorum
Saltus
Lucta
Pugna
Virorum
Puerorum
Diaulus
Hippica
Scena
Comœdiæ
Tragœdiæ. De Stylo Tragœdiæ & Comœdiæ vid Vitũ Amerbachium in artem Poeticam Horatii p.m13. & 80.
Satyræ.
Romanorum
Publici
Sacri
Megalenses, *Ros.libr.5.c.13.*
Cereales *c.14.*
Florales *c.15.*
Martiales *c.16.*
Apollinares *c.17.*
Capitolini *c.18.*
Romani *c.19.*
Plebeji, Compitalitii, Augustales & Palatini *c.20.*
Seculares *c.21.* Voti-

Votivi *c.22.*
Funebres *c.24.*
Ludicri &c.
Privati
Circenſes ſive Mappa, quæ erat ſignum quo Prætor aut Dictator curſum Aurigis ſignificabat Originem horum Circenſium lege *apud Plutarch. in vita Romuli p.1, pag m.54* ubi Romulus ad licitas Principibus artes confugiens vicinos ad indicta ludorum ſpectacula vocavit; quo & virgines doli ignaræ & veniunt & juſſu Romuli rapiuntur. *Buxhorn. de ſtatu Imp diſſert.1, p.m.5. Schmidelius ad præfatum Autor. p.m.172.* qui juſtitiam illius Raptus ibi exponit, quod conſervandæ communis ſocietatis gratia gentiũ conſenſus populis ad tales actus jus conceſſerit, quibus & â vicinis requirantur, ſine quibus vel vita commode agi, vel civitas conſervari nequeat. *Magnus Grotius libr.2.c.2. §.1. & c.22. §.7. de jure Belli & Pacis.* Contrariũ dicit *Feld. ad h. l. Grotii.*
Quadrigæ
Alborum
Rufforum ſive Ruſſorum
Praſinorum
Venetorum. Et hæ ſunt quatuor factiones aurigantium, qui ludis Circenſibus palmam quærebant,

& â coloribus viridis cærulei, cœcini albiq́, panni, quo donabantur, nomina acceperunt. *Ros. libr.* 5. *c.* 5. Elegantẽ Tractatum conſcripſit *de re vehiculari Dominus Scheferus*, quem vide. Hûc pertinet & *Naumachia*, i.e. navale certamen, cum in mari, fluvio, ſtagno, lacu, forma navalis pugnæ repræſentabatur.

Ludi Romani magni, ubi equi & muli juncti & ſoluti in circo maximo magno ſpectantium ſtudio currebant, & â certis perſonis aqua refocillabantur. Veteribus illud vas *Naſſiterna* dicebatur vid. *Gothofred. ad l.* 4. *ff. de his, qui notant. infam. tit. b.*

Curſus quem peragebant currendo certa ſtudia in campo, perveniebantq; ad metam.

Saltatio in æquo campo, aut infernè ad locum ſuperiorem & contra *Ros.* libr. 4. c. 5.

Jaculatio
- diſcorum
- ſagittarum
- pilarum
- telorum &c.

Decurſio equeſtris. Quos ludos uno nomine Romani dicebant *Quinquertio-*

Amphitheatrales sive arenæ, dicebanturq;

Gladiatorii, ubi

Gladiatores

Retiarii

Luctatores

Andabatæ, qui ex equis galea frontem oculosq; tecti, trudente armati ad mortem usq; pugnabāt

Venatorii de quibus *Ulp. in l. aut damnum 8. §. 9. & 10. ff. de pæn.* Consistebātq; in

Pugna cum pugnis

cæstibus

hastis

feris. Obiter de pugnis Gallorum Gallinaceorum, quibus allium ante certamen, ut pugnatiores efficerentur olim datum. *Donat.* p. 224. Col. im Haußbuch p. 4. tit. vom Haußhahn Quos recenset *Bornitius* in suo scripto multiplice eruditione referto de sufficiencia *libr.* 2. c. 106. p. 220. Qui autem aves ad certamina præparabant, dicebantur *Lanistæ. Columell.* libr. 8. c. 2. p. m. 278.

Scenæ *Ros.* libr. 5. c. 6.

Comœdiæ, quæ privatæ civilisq; vitæ sine periculo sunt comprehensiones. *Cicero* finit καθ' ἐνάργειαν, quod sint vitæ

incitatio, speculum consuetudinis, imago veritatis, & ut in Tragœdia politica & heroica sunt, ita hic œconomica.

Tragœdiæ. Cujus inventio *Thespidi* Atheniensi accepta refertur, qui plaustris tragica Poemata circumvexit, Solone approbante, Teste Plutarcho.

Satyræ. Satyrici autem Poetæ prorsus Satyrorum nasutam dicacitatem & mordacitatem imitabantur. Sunt autem morum Censores optimi, ac vitiorum acerrimi insectatores, & sæpe in taxandis vitiis nimis aperti Hûc *Mimus*. Μίμοι enim quoq; sunt versus Scenici & *Poetæ* qui eos conscribunt, & *Histriones*, qui pronunciant. Et *Mimus* proprie sermonis & actionis cujuslibet citra ullum pudorem, imitatio est, ubi nō pudori & reverentiæ, sed mage lasciviæ ratio habetur. *Hircū* autem accipiebant, qui Satyricum Poema recitabant, qui *vilis* ideò dicitur, quod Athenienses plurimum iisdem donarint, & plus operæ in his

tem Tiberii introductum severe erat, ne Senator Domos Pantomimorum introiret. Hæc Tacitus 1. Annal.

Thymelici vid. *Ulp.* l. 4. ff. de his qui notant. infam.

Xystici. *Ros.* libr. 4. c. 29. p. 523.

Germanorum

publici

Palæstrici

Hastiludia

Vexilli vibratio

Pugillatio, quæ triplex, & distinguitur in

Die Feder-Fechter

Marx-Brüder. St. Marcus soll ein Fechter im langẽ Schwerdt gewesen seyn / und zu Venedig begraben liegen / uti fabulosè refert Text. in offic. pag 81.

Lux-Brüder

Torneamenta. Ortum traxisse dicuntur ex consuetudinibus Græcorum, imprimis ex ludis Isthmicis & Olympicis, de quorum ratione vide sis eos, qui commẽtati fuerunt in Pindari Odas, exq; iis imprimis *Schmidium*, Professorem dum viveret, clarissimum. Hodie non sunt confundenda cum Hastiludiis, quæ non *in au-dacia* sed *virtute* consistunt, qua ma-

vis non raro eveniat, ut non vulnerati, sed occisi etiam homines in hisce fuerint: id quod inter alia triste HEINRICI II. Galliarũ Regis Exemplum satis comprobat abunde. De mala consuetudine tragicum Exemplum lege in Axiomatib. Eccles. Richter. LXXI. Exempl. II.

Venatorii ludi, ubi in aulis Principum hodie spectat, Luxatio vulpecularum das Fuchsprellen/ Dachshetzen &c.

Scenici

liciti

Comœdiæ, quo referimus aliquomodo

Solennia certi alicujus ordinis, ut periscelidis

Saltationes

Regna convivalia die Wirthschafften.

Tragœdiæ

illiciti

Agyrtæ,

Funambuli,

verbo Hiſtrio quod ludionem: ſignificat.

Moriones Hoff Narren quos improbavit: *FRIDERICUS Imperator*: Hic enim rogatus, an moriones inconvivium intromittendi eſſent, *neq; ſtultis*, ait, *de lectari poſſum*, *neq; ſuperbis eſſe amicus*:

Actus depoſitionis

Penaliſmus, qui ab anno 1661. in uſu eſſe deſiit:.

Actus de ſancto Chriſto

Actus de paſſione Domini &c:

Privati:

Puerorum:

Diffugium, noſtra lingua nominamus latebras vaccæ; ubi uni, qui primus ſortito conſtituitur, ſtanti præfinito in loco comprimuntur oculi. Quo facto, decurſitant omnes, & latebras quærunt: Ob cæcatus vero prius ter ſe venturum minari debet; quã oculos aperiat, das verſtecken ſpielen. Hûc etiam pertinet:.

Luſus judicis, cui etiam oculi obvelantur ut plagas excipiat â colludentibus, donec verberantẽ recte nominaverit

Myinda der blinden Kuh ſpielen / blinzeln dicitur & cæcus muſculus. vid.

Camer.

Camer. dialog: de Gymnas. Jul. Pollux lib.9. c.7. In Myinda quidam connivens, observat voces, & quemcunq; suffugientium arripuerit, eum statim connivere cogit. Dantur & hujus ludi aliæ species, nempe obvelari curat sibi faciem numerus quorundam ludentium, inq; foveam gallum imponunt, postea obvelatis oculis eum trucidari student, quo facto, gallus trucidatus præda fit victori.

Grallatorius incessus.

Ludus globorum fictilium das tappen/schnellen/einwerffen.

Ludus latrunculorum missilium.

Jaculatio chartæ masticatæ è sclopo sambuceo mit gekäueten Pappier schiessen/platzen.

Jaculatio è cauli anserina cum raparum frustulis durch eine Federkiele mit Rüben schiessen.

Jaculatio ex sclopo ausn Blaßrohr.

Arcûs ausn Armbrust.

Conorum dejectio das Boseln.

Missio sphæræ per annulum ferreum

[illegible]

*in p.3. Delicior. Poet. Belgi.p.*459.ubi lepide: sed labuntur in experti daß Ihnen die Köpffe prallen Interdum juvenes & puellæ, quasi Choreas ducentes, una currunt manibus connexi.

Traha manualis auffn Rütschel-Schlitten fahren. Huc pertinet das zschinnern/quãdo pueri pedum velocitate se super glaciem exercent.

Apodidrascinda quæ est, quando hic quidẽ in medio connivens considet, aut alius ejusdem cohibet oculos: οἱ δὲ ἀποδιδράσκουσι, cæteri diffugiunt, & occultantur: ipso autem ad inquisitionem consurgente, quemlibet oportet locum ipsius prævenire.

Cindalismus, qui fit clavis vel paxill. κίνδαλοι enim sunt paxilli vid. *Doctiss. Bernitium Tract. 2. cap.6.p.m.*220.

Schænophilinda des Hirtleins spielen. In circulo sedetur, aut statur. unus autem funem habens, clam apud aliquem deponit. Si vero ille, apud quem jaceat, ignoraverit: circumcurrens circulum, vapulat: si vero deprehenderit, currentem verberibus fugat.

Epostracismus hunc ludum descr. *in Octav. M. Minutius Felix,* insignis Romæ Causidicus *p.m.*8. in fine hisce verbis: *pueros videmus certatim gestientes testarum in mare jaculationibus ludere. Is lusus est testam teretem jactatione fluctuum levigatam legere de litore: namq; te-*

stam

stam plano situ digitis comprehensam, inclinem ipsum atq; humilem, quantum potest super undas inrotare: ut illud jaculum vel dorsum maris raderet vel enataret, dum leni impetu labitur: vel summis fluctibus, tonsis emicaret, dum assiduo saltu sublevatur. Is se in pueris victorem ferebat, cujus testa & procurreret longius & frequentius exiliret. vid. & Poll. l. 9 Eust. Iciad. 6 Suidas ἀποστρακίζειν Germani nominant das Blatten werffen / sie nehmen glatte Steine / werffen sie an das Wasser an / daß der Stein oben drucken bleibet / und je öffter er springet / je künstlicher ist das Spiel.

Lusus Nucum est ludere Nucibus ad conjectum scrobiculi, Nüß ins Grüblein werffen / unde proverb. Nuces relinquere die Kinderschuh ausziehen.

Par impar

Cursus spatiorum wette lauffen.

Basilinda das König schlagen §. 9. c. 2.

Oscillatio. Hic ludus antiquissimus est, & Romanis quoq; in feriis Latinis, tum eorum Agricolis in Bacchi sacris usitatus Virg. 2 Georg. 389

Et Te Bacche vocant per carmina læta, Tibiq;
Oscilla ex alto suspendunt mollia quercu.

tenentes homines. hûc atq; illûc agitabantur, ut quasi etiam per aera illorum cadavera quærere viderentur, sed cum inde pleriq; caderent, inventum est, ut formas ad oris sui similitudinem facerent, atq; pro se suspensas moverent. Unde & oscilla dicta sunt, quod in his cillerentur seu moverentur ora. Cillere namq; movere significat. Apud Turcas hic ludus frequens est. *P.Bellon.3.obscrv.23.* ut & apud Muscovitas, qui feriatis maxime diebus per conductitias sellas eum exercent, ceu docet *Olear.J.P.L.3.c.9.*

adultiorum

artis

1. Schachorum ludus.
Die Dame.
ludus molæ das Mühl-ziehen
den Fuchß treiben
ludus pilæ
ludus globorum
die Bilcken-Taffel



Solius fortunæ

ludus tesserarum
olla fortunæ
ludus chartarum, cujus species quædam sunt Picketen/Labetten/trepliren/vier Blatt stich/Triumpffen/qui ludus speciales habet leges, achtzehn Heller &c.
ludus fritilli

mixti ludi

ludus aleæ, quales sunt der Buf/contra Buf/Regal-Buf/Dickdack/Lortschen &c. Multi dantur adhuc ludi, qui hâc schedulâ insigniri non potuerunt, cum in qualib. fere regione s. provincia spec. exerceantur ludi, quos benevolus Lector pro suo arbitrio annotare poterit. Nostri n. non est, omnes afferre species ludorum, sed saltem multas dare formas eorum demonstrare.

SOLI DEO GLORIA